DE
BELLO SACRO PHOCENSI.

DISSERTATIO

QUAM SCRIPSIT

ET

AMPLISSIMI PHILOSOPHORUM ORDINIS

AUCTORITATE

IN

ACADEMIA VIADRINA VRATISLAVIENSI

PRO SUMMIS IN

PHILOSOPHIA HONORIBUS

RITE OBTINENDIS

DIE XI. MARTII A. MDCCCXLI

H. L. Q. C.

PUBLICE DEFENDET

ADOLPHUS TSCHEPKE,

POSNANIENSIS.

CONTRA ADVERSARIOS:

E. Baumgart, SEM. PHIL. SOC.
G. Hoffmann, STUD. PHIL.
A. Lange, CAND. MUN. SCHOL.

VRATISLAVIAE,
TYPIS NOVIS FRITZIANIS.

FRATRI OPTIMO CARISSIMO

CAROLO AUGUSTO TSCHEPKE

IN GYMNASIO LESNENSI HISTORIAM DOCENTI

FRATERNI

DOCUMENTUM AMORIS

HUNC LIBELLUM DEDICAT

Auctor.

> Graeciae civitates dum imperare singulae cupiunt, imperium omnes perdiderunt: quippe in mutuum exitium sine modo ruentes, omnibus perire quod singulae amitterent, non nisi oppressae senserunt. Si quidem Philippus, rex Macedoniae, velut e specula quadam libertati omnium insidiatus, dum contentiones civitatium alit, auxilium inferioribus ferendo victos pariter victoresque subire regiam servitutem coëgit.
>
> Iustinus VIII. I.

Caput I.

De caussis belli sacri; de anno quo exortum est.

Inquirentibus nobis in caussas belli sacri paullo altius repetendum et primum dicendum est de rebus, quae, quamvis primo adspectu ad bellum non pertinere videantur, tamen non solum ad belli caussas accuratius cognoscendas spectent, sed et ipsae primae belli caussae sint putandae. Sequimur in hac re *Thucydidem*, qui, priusquam belli Peloponesiaci caussas manifestas (*αἰτίας ἐς τὸ φανερὸν λεγομένας*) narrat, eas quoque caussas commemorat, quae quamvis minus apertae tamen verissimae sint habendae (*τὴν μὲν γὰρ ἀληθεστάτην πρόφασιν, ἀφανεστάτην δὲ λόγῳ* I.3.). 2 De Thessalorum igitur, Thebanorum, Phocensium eorumque sociorum rebus primum dicemus. Constat ex nonnullis locis Herodoti (VIII. 27. et seqq. *Θεσσαλοὶ πέμπουσι κήρυκα ἐς Φωκέας ἅτε σφι ἐνέχοντες αἰεὶ χόλον*), Pausaniae (X. 1. 2. 3. 4. 5.), Aeschinis (de fals. legat. p. 135. ed. ster.) vetus odium intercessisse inter Phocenses et Thessalos, ita ut jam antiquis temporibus odio exacerbati bello

se invicem persequerentur[1]). Hoc Thessalorum odium contra Phocenses tempore bellum sacrum praecedente admodum auctum est ob hanc rem, quam affert auctor incert. argum. in Demosth. or. de fals. leg. p. 2. 3. ed. ster. *συνειστήκει πόλεμος Φωκεῦσι πρὸς Θετταλοὺς καὶ Θηβαίους. τοῦτο μὲν περὶ τοῦ ἱεροῦ τοῦ Πυθοῖ πρὸς Θετταλούς. τοῦτο δὲ — — — Θετταλοὺς δὲ παρωσάμενοι τὴν Ἀμφικτυονίαν ἅτε ἐν μέσῃ Φωκίδι τῶν ἐν Δελφοῖς ἱερῶν ἱδρυμένων.* Respexisse eum verisimile est ad hunc Dem. de fals. leg. p. 117. locum: *τοῖς δὲ* (sc. *Θετταλοῖς Φίλιππος ὀμωμόκει τὴν Πυλαίαν συγκαταστήσειν.* Erant enim, ut infra videbimus, Thessali juris Amphictyonici participes. Praeterea confirmat Dem. in or. de pace Thessalos idcirco bellum tam acriter gessisse, ut Pylaeam sibi a Phocensibus ereptam recuperarent I. p, 68. ed. ster. Apud Diodorum autem de hac re altum est silentium; immo repugnare videtur huic Demosthenis testimonio. Quo enim tempore Amphictyones bellum contra Phocenses decreverint, eo legatos ab iis missos esse dicit ad Thessalos ceterosque Amphictyones lib. XVI. c. 28. Ex quo intelligitur Thessalos a Thebanis et ceteris pro Amphictyonibus esse habitos. Duo igitur sunt, quae statuere possimus, Thebanos ceterosque Amphictyones Thessalorum exclusionem vel improbasse utpote a solis Phocensibus factam, vel Thessalos ab Amphictyonibus idcirco ad bellum invitatos esse, quod hi, quanto Thessali odio contra Phocenses flagrarent, compertum haberent.

Non minus quam Thessalis Phocenses invisi erant Thebanis. Quorum odium tamen fuit recentius. Inde exortum esse confirmant veteres scriptores, quod Phocenses omnium primi se Thebanorum jugo eo tempore, quum hi summa rerum potiti contra Lacedaemonios arma ferrent,

1) Ira inter eos quanta fuerit, optime ex his Herodoti verbis colligi licet: *οἱ Φωκέες μοῦνοι τῶν ταύτῃ ἀνθρώπων οὐκ ἐμήδιζον, κατ᾽ ἄλλο μὲν οὐδὲν ὡς ἐγὼ συμβαλλεόμενος εὑρίσκω, κατὰ δὲ τὸ ἔχθος τὸ Θεσσαλῶν. εἰ δὲ Θεσσαλοὶ τὰ Ἑλλήνων ηὖξον, ὡς ἐμοὶ δοκέειν, ἐμήδιζον ἂν οἱ Φωκέες.* VIII. 30.

subducere conati sint. Sed quum verear, ne, si tantummodo summas rerum attigero, obscurus fiam, res accuratius esse explicandae videntur. Lacedaemoniis Thebis, quarum arcem duce Phoebida expugnatam tenebant, expulsis Thebani pristinam nacti sunt libertatem. Qua tamen ita abusi sunt, ut non solum Boeotiae urbes, quarum caput Thebae jam antea fuerant, subigerent, sed etiam extra Boeotiae fines arma ferrent. Phocidem adoriuntur. Quo facto Phocenses rebus suis desperatis auxilium a Lacedaemoniis petunt. Hi, ne Thebanorum potentia Phocide subacta augeretur, metuentes, Cleombrotum regem mittunt cum quatuor moris et sociorum copiis sperantes fore, ut Phocensium ope Thebanos denuo subjicerent. (Xen. Hell. VI. 1. 2.) Quo facto Thebani Phocidem relinquere coacti sunt. In hoc bello contra Lacedaemonios gesto Thebanorum socii fuerant Athenienses. Qui quum Thebanos viderent suae tantum potentiae augendae studiosos, se recipiunt. Accedebat, quod Phocenses, quibuscum vetere conjuncti erant amicitia, a Thebanis peti aegre ferebant. Item succensebant Thebanis propter extinctionem Plataearum et Thespiarum urbium Atheniensibus amicissimarum. Itaque pacem faciunt cum Lacedaemoniis, cujus ceteri quoque Graeci participes fiunt. Hanc pacem suadente Persarum rege factam, quippe quae urbes Boeotiae suis legibus uti juberet, Thebani soli improbarunt. Quod quum concedere nollent, Lacedaemonii Cleombroto duce apud Leuctra de summis rebus dimicarunt. Clade accepta redeunt et Phocenses hostibus relinquunt. Hi subjiciuntur. Nam quum paullo post Thebani ipsam Peloponnesum invadant, Phocenses copias auxiliares mittere coguntur (Xen. Hell. VI. 5. 23.). Militiam detrectant, quum Thebani duce Epaminonda iterum Peloponnesum adirent, ut Arcadum rebus consulerent. In pactis enim, inquiunt, sanctum esse, ut auxilia mitterent, si quis Thebanos adoriretur, non si Thebani illacessiti ultro hostes adorirentur. Hoc tam graviter ferebaut Thebani, ut inde ab hoc tempore magno haberent odio Phocenses. Hic fons atque origo est belli sacri. Nam

quod vulgo ferunt caussam illius belli, scilicet Phocenses terram sacram coluisse, nihil erat nisi praetextus, quo utebantur Thebani, ut odium, quod contra Phocenses gererent, explerent. Jam vero ad hanc rem accedamus. Terra sacra appellabatur quum urbs Delphorum et loca, quae erant circa urbem, tum Cirrha, quia erat Delphorum. Aberat haec urbs Delphis secundum Strabonem stadia LXXX, secundum Pausaniam LX [1]). Exstincta fuit Solonis tempore a Callisthene, Sicyoniae tyranno, quia crudeliter tractaverat eos, qui Delphos sacrorum faciendorum caussa proficiscebantur, terraque eorum Apollini est dedicata. Simul Amphictyones, penes quos harum rerum fuit arbitrium, dira exsecratione facta vetuerant, ne quis terram hanc coleret. Parem fortunam ob paria peccata experti videntur incolae Crissae, urbis haud longe a Cirrha distantis, cum qua solet permutari [2]).

---

1) Caussam hujus scriptorum dissensus investigat Siebelis ad Paus. X. 37. eumque ita explicat, ut Pausaniam dicat de descensu a Delphis ad Cirrham, Strabonem autem de iis loqui, qui Cirrha Delphos enitantur. His illam viam longiorem videri potuisse, qnam iis, qui e monte descenderent in campum. Quae explicatio magis mihi probatur, quam quae proposita est a Mannerto (Geogr. tom. VIII, p. 161.). Commendatur enim maxime verbis Pausaniae l. l. *ἐς Κίῤῥαν ὁδὸς σταδίων ἑξήκοντά ἐστιν ἐκ Δελφῶν* et Strabonis (IX. p. 495. ed. Tzschuck) *ἀφ᾽ ἧς* (sc. *Κίῤῥας*) *ἀνάβασις εἰς Δελφούς ὀγδοήκοντά που σταδίων.*

2) Ad eorum accedo sententiam, qui Crissam diversam fuisse a Cirrha statuant. Aliter de hac re censent Freret et Od. Müller, quibuscum consentire videtur Pausanias. Is enim postquam lib. X. 37. 4. nonnulla de Cirrha exposuit, ita pergit: *Ὅμηρος μέντοι Κρῖσαν ἔν τε Ἰλιάδι ὁμοίως καὶ ὕμνῳ τῷ ἐς Ἀπόλλωνα ὀνόματι τῷ ἐξ ἀρχῆς καλεῖ τὴν πόλιν.* Cujus judicium quo infirmo nitatur argumento, vides. Nam inde, quod Homerus solius Crissae mentionem facit, nondum potest colligi eam urbem quam posteri Cirrham appellarent, ab Homero vocatam fuisse Crissam. Nam aut urbs ipsa ei non erat nota, aut urbis origo ad tempora posteriora pertinet. Cum Mannerto igitur facio (VIII. p. 149.), qui Strabonis testimonio confisus Crissam et Cirrham urbes diversas diversoque tempore dirutas esse statuit. Vides eos, qui dissentiunt et consentiunt apud Siebelin ad hunc Paus. locum.

Phocenses misera illorum sorte non perterriti parte magna sacrae illius terrae occupata atque culta odium Amphictyonum contra se excitant[1]). Pecunia enim multati sunt ingenti, quam quod solvere propter magnitudinem non poterant, terra eorum Apollini sacra est facta.

Hanc caussam belli sacri fuisse narrat Diodorus (XVI. 23.). Praeter Diodorum apud alios quoque scriptores belli sacri fit mentio, quorum alii aliam tradunt caussam[2]). Ex

1) Kilian Wolf in libello: der heilige Krieg der Phoker, Fulda 1833. putat Phocenses terram sacram Philippo suadente occupasse, qua in re nullis, quod ego sciam, nititur argumentis.

2) Inter hos primus est commemorandus Justinus, apud quem (VIII. I.) haec leguntur: Lacedaemoniis crimini datum, quod arcem Thebanam induciarum tempore occupassent, Phocensibus, quod Boeotiam depopulati essent.“ Cujus testimonium non sic abhorret a loco ex Diodoro supra allato, ut non possit cum eo conciliari. Veri enim non absimile est Phocenses, dum Thebani bellis externis occupati erant, in Boeotiam incursiones fecisse, ut poenas sumerent a Thebanis pro injuriis sibi illatis. Hoc confirmari quodammodo videtur verbis illis auctor. incert. arg. in Dem. or. de fals. leg. p. 2. allatis: *πόλεμος (Φωκεῦσι) συνειστήκει ὑπὲρ Ὀρχομενοῦ καὶ Κορωνείας πρὸς τοὺς Θηβαίους.* Haec verba ut recte intelligantur, paullo uberiore indigent expositione. Constat ex Herodoto (XV. 79.) Thebanos vetere contra Orchomenos incensos fuisse odio. Quod explere studebant eo tempore, quum summa rerum potiti essent. Orchomenum armis invadunt, ut exstinguerent. Hoc consilium quominus exsequerentur, prohibuit Epaminondas. Hic tamen quamquam eos commovit, ut rem intermitterent, impetrare non potuit, ut consilium illud plane abjicerent. Nam paullo post Leutricam pugnam occasionem nacti idoneam urbem exstinguunt, viros occidunt, imbellem sexum sub corona vendunt (XV. 79.). Hoc facinus Pausanias refert Epaminondam indignissime tulisse. Idem lib. IX. c. 37. commemorat Philippum, Macedoniae regem, Orchomenios in urbem reduxisse. Hoc factum esse nequit ante bellum Phocense; nam hoc demum regi ansam praebuit Graecorum rebus se immiscendi. Qui igitur Orchomenum per hoc tempus tenebant? Illam ego crediderim fuisse Phocensium et jam ante belli Phocensis initium ab iis occupatam esse. Per totum bellum saltem hanc et Coroneam a Phocensibus habitas esse Diodorus tradit. Ita haec verba auct. anonym. arg. explicaverim. Accedit alius locus ex arg. ad Demosth. or. de pace petitus,

eorum testimoniis non plane inter se consentientibus hoc tamen intelligitur Thebanorum odium contra Phocenses eo

---

qui hanc conjecturam confirmare videtur. Φίλιππος βουλόμενος ἃ ὑπέσχετο Θετταλοῖς τε καὶ Θηβαίοις ἐπιτελέσαι, ὑπέσχετο δὲ τοῖς μὲν Θηβαίοις Ὀρχομενὸν παραδώσειν καὶ Κορώνειαν πόλεις Βοιωτίας. Sed fortasse dixerit quis has urbes bello demum ipso a Phocensibus expugnatas fuisse. At tum non intelligitur, cur auctor argumenti illius Philippum Thebanis duas tantum urbes restituturum esse dixerit, cum aliae praeterea urbes, Corsiae et Tilphossaeum, Demosthene teste (in or. de fals. leg. 56.), in Phocensium fuerint potestate. Immo has duas Boeotiae urbes a Phocensium partibus stetisse alius quoque Demosthenis locus docet. Queritur in or. de fals leg. p. 46 Philippum nihil eorum praestitisse, quae Aeschini pollicitus esset. Non enim restituisse Plataeas et Thespias, insuper Orchomenum et Coroneam excidisse (Ὀρχομενὸν καὶ Κορώνειαν προςεξηνδραπόδιϛαι). Ad quae spectat Aeschinis or. de fals. leg. locus hic p.135.: Ὀρχομενίων δὲ περιφόβων ὄντων καὶ σπονδὰς τοῖς σώμασιν αἰτησάντων, ὥϛε ἀπελθεῖν ἐκ τῆς Βοιωτίας. Omnia haec indicare videntur Orchomenios et Coronenses magnae culpae in Thebanos commissae fuisse participes, ita ut iram eorum metuerent. Fortasse Phocensibus se ipsos propter veterem Thebanorum inimicitiam tradiderunt. Haec hactenus de Justini loco.

Pausanias (X. 2.) fatetur se veram belli caussam invenire non potuisse, numquid noxam commeruerint Phocenses, an vero Thessali ob veteres inimicitias hujus Phocensibus calamitatis infligendae auctores fuerint. Verbis εἴτε ἀδικήσασιν ἐπεβλήθη σφίσιν innuere videtur caussam illam a Diodoro traditam se non latuisse (quod confirmatur cap. 15. 1.), jure autem aliam addit non tam diffidens illius caussae fidei quam nescius, utram potiorem haberet. Ab his abhorret, quod Duris apud Athenaeum lib. XIII. tradit, scilicet hoc bellum esse conflatum ob uxorem cujusdam Thebanam genere, cujus nomen Theano fuerit, a Phocensi quodam raptam. Pariter propter mulierem ortum esse bellum Aristoteles Politic. lib. II. c. 3. (p. 194. ed. Schneider) commemorat. Fortasse ἐπίκληρος, ob quam bellum natum esse dicit, eadem est, quam Thebani generis a Phocensi quodam raptam esse tradit Duris. Hac saltem ratione intelligeretur, cur Thebani belli participes fuerint. Sed hoc dubium est. Pariter incertum est, num Mnaseas ille, cujus Aristoteles mentionem facit, a partibus Philomeli steterit. De quibus rebus minime dubitasse videtur Barthelemy voyag. du jeune Anarch. ex vers. Biesteri tom. V. p. 79. cf. Wachsmuth. Hellenische Alterthumskunde I. 2. p. 374.

auctum esse, quod hi injuriam sibi olim illatam quacunque ratione ulcisci studerent. Quas res scriptores hi inter utrosque gestas fuisse commemorant, eae pertinere videntur ad tempus superius; quare nescio an non erraverim, si caussam illam a Diodoro illatam ultimam fuisse statuam, ex qua tandem bellum exarserit.

Ut de belli caussis, ita de anno, quo est exortum, magna inter veteres scriptores est dissensio. In hoc omnes consentiunt bellum fuisse decennale cf. Paus. X. 3. Duris apud Athenaeum lib. XIII. Aeschines de falsa leg. p. 132. ed. ster. (*τὸν δεκαετῆ πόλεμον*). Confirmat hoc Diodorus XVI. 59: *πόλεμος διαμείνας ἔτη δέκα.* Idem tamen c. 23. bellum novem, c. 14. undecim annos durasse dicit. Hujus repugnantiae caussa apparebit, postquam de anno, quo bellum conflatum est, exposuerimus.

Pausanias X. 2. auctor est Phocenses archonte Athenis Agathocle templo potitos esse. Constat ex Fastis Atticis Agathoclem Olymp. 105. 4. Athenis fuisse archontem. In eundem annum Diodorus quoque belli initium ponit (XVI. 14.), quamquam c. 23. repugnare videtur[1]). Omnibus enim, quos eo loco commemorat Diodorus, historiarnm scriptoribus hoc proprium est, ut eorum historia aut incipiat descriptione templi per Philomelum capti, aut finiatur. Hic igitur est terminus, quem voluit constituere Diodorus. Quod autem hanc scriptorum mentionem injicit eo eapite, quo res Agathocle archonte gestas enarrat,

1) Narrat enim c. 14. de scriptoribus, qui historiam belli sacri composuerint: *τῶν συγγραφέων Δημόφιλος μὲν ὁ Ἐφόρου τοῦ ἱστοριογράφου υἱὸς τὸν παραλειφθέντα πόλεμον ὑπὸ τοῦ πατρὸς, ὀνομασθέντα δὲ ἱερὸν συντεταγμένος, ἐντεῦθεν ἦρκται ἀπὸ τῆς καταλήψεως τοῦ ἐν Δελφοῖς ἱεροῦ καὶ τῆς συλήσεως τοῦ μαντείου ὑπὸ Φιλομήλου τοῦ φωκέως. ἐγένετο δὲ ὁ πόλεμος οὗτος ἔτη ἕνδεκα, ἕως τῆς φθορᾶς τῶν διανειμαμένων τὰ ἱερὰ χρήματα. Καλλισθένης δὲ τὴν τῶν Ἑλληνικῶν πραγμάτων ἱστορίαν γέγραφεν ἐν βίβλοις δέκα καὶ κατέστροφεν εἰς τὴν κατάληψιν τοῦ ἱεροῦ καὶ παρανομίαν Φιλομήλου τοῦ Φωκέως, Δίϋλλος δ᾽ ὁ Ἀθηναῖος ἦρκται τῆς ἱστορίας ἀπὸ τῆς ἱεροσυλήσεως καὶ γέγραφε βίβλους εἴκοσι καὶ ἑπτά.*

haud dubie idcirco fecit, quod hoc Philomeli facinus in eundem Agathoclis archontis annum cadit. Videmus igitur Diodorum plane cum Pausania consentire. Neque huic testimonio repugnant ea, quae Diodorus c. 23. de belli initio tradit, ubi bellum sacrum Callistrato archonte initium cepisse dicit: *ἐπ' ἄρχοντος δ' Ἀθήνησι Καλλισράτου — — ἐπὶ τούτων ὁ κληθεὶς ἱερὸς πόλεμος συνέστη.* Significatio enim, quam verbum *συνέστη* prae se fert, docet hoc demum anno ab utrisque armis dimicari coeptum esse. Annus igitur et quod excurrit [1]) ab expugnatione templi Delphici usque ad belli initium praeterlapsus erat. Quo tempore verisimile est utrasque partes omnia ad bellum necessaria praeparasse, Phocenses inprimis legatis missis Atheniensium auxilium implorasse. Cui incredibile videtur toto anno plus praeteriisse, donec hostes tam infesti arma sibi invicem inferrent, hic Diodorum respiciat, qui inter alia de hac re prodit Thebanos ne anno quidem praeterlapso castra movisse, sed denuo deliberasse et anno demum tertio Olymp. 106. cum Phocensibus conflixisse. Recte igitur Winiewski in libro: Commentarii historici et chronologici in Demosth. orationem de corona p. 44. Olymp. 105. annum quartum statuit, quo bellum exarserit. Inde jam patet, quomodo Diodorus c. 23. dicere potuerit bellum per novem annos durasse; liquet enim eum ab eo tempore, quo caussas belli enarret, computare. Has denique belli caussas Diodorum non eo loco exposuisse, quo rem obiter tetigerat, (c. 14.) sed enarrationem in c. 23. trajecisse nemini mirum videbitur, qui Diodori negligentiam in ordine chronologico observando norit.

---

1) Factam esse direptionem templi Delphici fine anni quarti Olymp. 105. inde colligi potest, quod Diodorus scriptorum illorum mentionem sub finem capitis ipsius injicit.

Caput II.

Res in bello gestae narrantur; praemittuntur nonnulla de Amphictyonum concilio.

His expositis jam eo pervenimus, ut res bello sacro gestas enarremus. In qua re nisi aliis iisque melioribus documentis de rebus singulis in aliam ducamur sententiam, Diodorum sequamur. Diximus jam Amphictyones Phocensibus, quod agrum Cirrhaeum operi rustico destinavissent, multam magnam imposuisse. Hic aptus videtur locus de Amphictyonibus, in quibus totius rei cardo vertitur, paucis disserendi. Quaestionem de hac re ita instituamus, ut nec de auctore concilii Amphictyonici dicamus nec de tempore, quo institutum est, sed potius (quod nostrae rei aptius est) de ejus fine et auctoritate. De quo nihil gravius proferre possum, quam quod Hermannus (Griechische Staatsalterthümer p. 31 et 32.) his verbis dicit: Die Amphictyonen sind nichts als geschlossene Vereine der Nachbarvölker, einzig zum Zweck wechselseitiger Befriedung und gemeinsamer Festfeier, nicht aber in einer bestimmten Absicht nach außen oder in einem gemeinschaftlichen Interesse gegen Dritte gestiftet[1]). Haec de Am-

1) His verbis ea repugnare videntur, quae Wachs. (Hellenische Alterthumskunde I. 1. 17.) dicit: „Als ursprüngliches Element ist mit großer Sicherheit eine uralte, vielleicht auf die nächsten Nachbarn beschränkte Panegyris um Delphi ganz religiös festlicher Art anzunehmen; fragt man aber was die Vergrößerung der Zahl der Theilnehmer und den hervorstechenden Charakter der Berathung und Beschickung durch Repräsentanten veranlaßt habe, so möchte an eine Vereinigung der Ein- und Umwohner Thessaliens gegen die eindringenden thesprotischen Thessaler zu denken, nicht ganz unbefriedigend sein." Nihil video, quo haec viri docti conjectura confirmetur. Nam ut primum dicam de aucto numero, haec res explicanda est ex Graecorum natura atque indole, quippe quae quam maxime conjunctionibus cujuscunque generis faveret; quod multis probari potest exemplis ex historia petitis. Legati denique, quos singulae gentes miserunt, si quaeras, cur missi sint, hoc idcirco factum esse respondebimus, ut sacrorum templique curam haberent. Nam hujus rei caussa tempore quoque posteriore legati missi sunt,

phictyonibus in universum dicta pertinent quoque ad concilium Amphictyonicum, quod Delphis et Thermopylis conveniebat. Hoc rebus tantum sacris operam dedisse nullamque fere vim habuisse ad externam gentium conditionem vel mutandam vel corrigendam ex historia patet. Jusjurandum enim, quo participes erant obstricti, minime servarunt. Quod si non laesissent, non sane aliud invenires institutum, quod majora gentibus attulisset beneficia[1]). Religiosissime observari solebat hujus jurisjurandi ea pars,

---

nec est, cur eos eodem munere, quo tempore posteriore functi sint, superiore non functos esse credamus. Quodsi eo consilio gentes legatos miserunt, ut se contra Thessalos Thesprotios tuerentur, quidni hoc facere desierunt tempore posteriore, quo hujus rei periculum jam erat sublatum? Pergit Wachsmuth ita: So angesehen ist auch das doppelte Lokal der nachherigen, jährigen Versammlungen, einer in Delphi, einer bei Thermopylä, nicht auffallend; älter als die Einwanderung der Thessalier war die Panegyris um Delphi; die Stiftung der 2ten Versammlung bei Anthela in den Thermopylen zwar auch an ein Heiligthum, den Tempel der Demeter, geknüpft, läßt bei der Wichtigkeit des Lokals und der von den Phokern dort angelegten Befestigung politischen Zweck durchblicken. Herodot 7. 176.“ Ex Herodoti loco laudato nulla accedit confirmatio viri docti conjecturae. Tradit Herodotus Phocenses, ut se contra Thessalorum impetus defenderent, murum exstruxisse nihil addens, ex quo colligitur hoc jussu vel auctoritate Amphictyonum factum esse.

1) Legitur hoc jusjurandum apud Aeschinem in or. de fals. leg. p. 126. 127. *τοὺς ὅρκους, ἐν οἷς ἔνορκον ἦν τοῖς ἀρχαίοις μηδεμίαν πόλιν τῶν Ἀμφικτυονίδων ἀνάστατον ποιήσειν, μηδ᾽ ὑδάτων ναματιαίων εἴρξειν, μήτ᾽ ἐν πολέμῳ, μήτ᾽ ἐν εἰρήνῃ, ἐὰν δὲ τις ταῦτα παραβῇ, στρατεύσειν ἐπὶ τοῦτον καὶ τὰς πόλεις ἀναστήσειν. καὶ ἐὰν τις ἢ συλᾷ τοῦ θεοῦ, ἢ συνειδῇ τι ἢ βουλεύσῃ τι κατὰ τῶν ἐν τῷ ἱερῷ, τιμωρήσειν καὶ ποδὶ καὶ χειρὶ καὶ φωνῇ καὶ πάσῃ δυνάμει. καὶ προςῆν τῷ ὅρκῳ ἀρὰ ἰσχυρά.* Quam exsecrationem profert in or. contr. Ctesiph. p. 105. *καὶ ἐπεύχεται, αὐτοῖς μηδὲ γῆν καρποὺς φέρειν, μήτε γυναῖκας τέκνα τίκτειν γονεῦσιν ἐοικότα, ἀλλὰ τέρατα μηδὲ βοσκήματα κατὰ φύσιν γονὰς ποιεῖσθαι, ἧτταν δὲ αὐτοῖς εἶναι πολέμου καὶ δικῶν καὶ ἀγορῶν καὶ ἐξώλεις εἶναι καὶ αὐτοὺς καὶ οἰκίας καὶ γένος τὸ ἐκείνων καὶ μήποτέ, φησιν, ὁσίως θύσαιεν τῷ Ἀπόλλωνι μηδὲ τῇ Ἀρτέμιδι μηδὲ τῇ Λητοῖ μηδ᾽ Ἀθηνᾷ Προνοίᾳ, μηδὲ δέξαιντο αὐτοῖς τὰ ἱερά.*

quae templum Delphicum integrum et incolume esse jussit. Quod si quis neglexit, nefarius habitus diraque affectus est poena. Hoc autem tum fieri potuisse patet, si, qui legem laesisset, potentia inferior esset iis, quibus partes puniendi essent demandatae. Quo tempore bellum sacrum exortum est, Thebanos summa valuisse potentia et alias concilii Amphictyonici participes gentes ad eorum nutum praesto fuisse constat. Ita factum est, ut Phocenses tam misere perirent. Duodecim gentes hujus concilii fuerunt participes, quorum nomina: Thessali, Boeoti, Dorienses, Jones, Perrhaebi, Magnetes, Locri, Oetaei seu Aenianes, Achaei phthiothae, Malienses, Phocenses, Dolopes [1]). Quarum gentium unaqnaeque par suffragii jus habebat. Legatos miserunt singulae diversos et genere et nomine, quorum alteri Hieromnemones, alteri Pylagorae appellabantur. Penes hos summa rerum auctoritas atque liberum decernendi arbitrium, illi quod decretum erat, exsequebantur [2]). Bis quoque anno conveniebant, vere Delphis, auctumno Anthelae in Pylarum vicinia.

1) Wachsmuthius I. 1. 119. loco Dolopum habet Delphios, quos tempore demum posteriore jus suffragii obtinuisse docet Hermannus p. 35. not. 3.

2) Hermannus p. 38: Doch scheint es, daß nur die ersteren (sc. die Pylagoren, als eigentliche Repräsentanten der Bundessouveränität) die entscheidende Stimme hatten, während die andern, obschon gleichfalls von den einzelnen Städten abgeschickt und ihr Interesse zu wahren beauftragt, vielmehr als ständige Beamte des Bundes zu betrachten sein möchten, welchen die Execution seiner Beschlüsse uud die Vorbereitung der zu berathenden Gegenstände oblag, und von welchen auch immer einer den Vorsitz in den Versammlungen führte." Quare Straboni (IX. p. 507. Tzsch.) unus tantum legatus notus est, quem Pylagoram dicit. Aliam de iis explicationem proposuit Letronne in disserjatione: éclaircissimens sur les fonctions des Magistrats appellés Mnemons, Hiéromnémons, Promnémons, et sur la composition de l'assemblée Amphicty.; quae inest in Mémoires de l'academie des inscr. et bell. lettr. vol. VI. p. 221, quam ex Schlossero (Universalhistorische Uebersicht der Geschichte der alten Welt und ihrer Cultur) I. 3. p. 83. appono: Pylagorae erant, inquit: ceux, qui s'occupoient exclusivement de toutes

Haec hactenus; plura apud Hermannum et Wachsmuthium. Amphictyonum decreto cognito Phocenses de rebus desperantes Philomelus, summo natus loco et magnae habitus auctoritatis, ad injuriam propulsandam et bellum gerendum permovere studuit. Injusta enim esse Amphictyonum decreta, quippe quae parvae injuriae ingentem multam irrogarint. Suadet, ut eorum consilia abrogent: persuadet, dux creatur, bellum parat. Ejus eventus ne dubius esset, omnia necessaria diligenter praeparant Phocenses, inprimis Lacedaemoniorum et Atheniensium auxilium implorant. Ipse Philomelus Spartam profectus Archidamum regem sibi conciliare studet. Quare et regem et ejus uxorem, Dinicham, et ephoros senatoresque ingentibus donis eum corrupisse tradit Pausanias (lib. III. 10. IV. 5.)[1]. Secunda in hac re usus est fortuna, quoniam Lace-

---

les questions de droit public; ils recompensoient les services rendus à la Grèce, condamnoient à des amendes les peuples, qui violoient le droit des gens. Les Hieromnemons faisoient en ce qui regardoit la religion, ce que les Pylagores faisoient pour les affaires de droit public; ils etoient les Sacrorum curatores.“ Sive hanc definitionem Letronii comprobas, sive illam Hermanni — non multum, si quid video, diversam ab illa — jam intelliges, cur Diodorus c. 23. dixerit Hieromnemones Phocenses, quum multam irrogatam non solvissent, apud Amphictyones accusavisse.

1) Schlosserus I. 2. p. 216. huic testimonio fidem abrogat: „Bestechungen kann er in Sparta schwerlich angewendet haben, wie Pausanias meint; denn er hatte sein Geld damals sehr nöthig.“ At hoc mihi probabile est; nam quamquam Diodorus hujus rei nullam facit mentionem, tamen rerum status veritatem Pausaniae testimonii evincere videtur. Constat ex Diodoro Philomelum talentis XV, quae ab Archidamo acceperat parem adjecisse summam, ut mercenarios in Peloponneso conduceret. Inde patet eum pecunia non caruisse. Hoc si statuimus, cur eum illius parcum fuisse credamus, praesertim quum patriae salus in discrimine versaretur. Accedit, quod jam tum temporis templum Delphicum corripiendi consilium eum cepisse credibile est. Haec indicare videntur et quaestio illa de oraculi *προστασίᾳ* ab eo instituta et Diodori diserta verba: *ἐδήλωσεν αὐτῷ* (sc. Archidamo), *διότι τοὺς Δελφοὺς καταλαβέσθαι διέγνωκεν.* Hoc facere si ni animo

daemonii Amphictyonibus, seu potius Thebanis, vel maxime succensebant. Hi enim iis multam propter arcem Thebanam pacis tempore captam imposuerant et cum Lacedaemonii eam non solverent, duplo auxerant. Noluit tamen Archidamus consociationem palam fieri, eam ob caussam ni fallor, quod pietatis speciem servare vellet. (Diodor. 29 *οἱ Λακεδαιμόνιοι κατ' ἰδίαν μὲν ᾤκνουν ὑπὲρ τῆς καταδίκης ἄρασθαι τὸν πόλεμον διὰ δε τοῦ προςώπου τῶν Φωκέων εὐσχημονέςτερον ἔκρινον ἀκυρῶσαι τὰς κρίσεις τῶν Αμφικτυόνων.*) Accepta igitur pecunia Philomelus mercenarios conducit, templum invadit, occupat. Thracidas[1]) resistentes occidit eorumque bona populo diripienda tradit. Quo audito Locri Amphissenses, in quorum vicinia (LX stadiorum intervallo, Aesch. contr. Ctesiph, p. 189.) Delphi erant, templo succurrunt. Victi domum redeunt. Hac victoria elatus Philomelus decreta Amphictyonum columnis excidit. Simul confitetur se neque ullum facinus contra leges perpetraturum, injusta tantum Amphictyonum consilia irrita facturum esse. Dum Thebani deliberant et oraculo opem ferre decernunt, Philomelus, quae occupaverat, contra hostium impetus munit. Itaque templum muro circumdat,

---

erat, pecunia se suppeditaturum esse sperare potuit. Itaque eo minus pecuniae eum pepercisse credo, quo magis id agere debebat, ut facinus suum a ceteris Graecis non solum non improbaretur, sed etiam adjuvaretur. Apud eundem Schlosserum p. 215. legimus Philomelum sua caussa bellum petivisse. Nescio, quo testimonio hoc nitatur. Onomarchum, ejus fratrem, bellum continuari sua caussa cupivisse tradit Diodorus c. 32.

1) De Thraeidis his nihil notum. Mitford histoire of Grece vol. IV. p. 332. hanc de iis proponit conjecturam: possibly having some reference to the thracian founders of Grecian ceremonies, quam Schlosserus p. 216 summopere carpit. Ipse eos dicit: eine Art heidnischer Leviten. Nescio an haec appellatio multum abhorreat a Mitfordii conjectura. Non enim ineptum foret credere hos Thracidas pariter atque Eumolpidas Athenis ab antiquis Thracibus originem duxisse et rebus sacris praefuisse. Ceterum Wachsmuth. I. 2. p. 374. 375. Phocenses templum Delphicum non tantum lucri caussa, sed ob veteres inimicitias occupasse et diripuisse docet.

stipendio aucto mercenarios colligit, ex Phocensibus fortissimos adjicit, ita ut brevi exercitum 5000 militum haberet. Cum quo Locridis fines transit, terraque vastata prope rivum castellum praeterfluentem castra ponit. Hoc castello frustra tentato cum Locris facta pugna 20 perdit milites. Quorum cadavera quum recuperare nequiret, metuens, ne inhumata abjiciantur, iterum puguam committit, in qua hostibus nonnullis captis interfectos permutare Locros cogit. Tum domum se recipit. Quibus factis Philomelus ut, quid dii de conatu suo sentirent, sciret, Pythiam invitam vaticinari cogit. Ejus responso laetus belli exitum sibi prosperum sperans populo, quid dii judicaverint, aperit eumque ad perseverantiam adhortatur. Simul recenti studio rebus bellicis praeest. Itaque Athenas, Lacedaemonem, Thebas legatos mittit eos, quibus utebatur familiarissime, ut ipsum sacrilegii crimine purgarent. Velle se, inquit, rationem reddere omnibus Graecis et numerum pondusque donariorum recensere iis, quibus haec postulare placuerit. Qua re permoti Lacedaemonii et Athenienses ei auxilium ferre pollicentur[1]). Praeter Abas (Paus. X. 3.

---

a) De horum odio contra Thebanos jam supra diximus. Restat, ut pauca addamus. Gravissimum sane flabellum, quo odium in dies inflammabatur, superbia erat nimia, qua Thebani, postquam principatum sunt nacti, super alias se efferebant gentes. Queruntur multis locis de hac superbia oratores, inprimis Demosthenes de cor. p. 247. *πρῶτον μὲν ὑμεῖς οὕτω διέκεισθε, ὥςε Φωκέας μὲν βούλεσθαι σωθῆναι καίπερ οὐ δίκαια ποιοῦντας ὁρῶντες, Θηβαίοις δ᾽ ὁτιοῦν ἂν ἐφησθῆναι παθοῦσιν, οὐκ ἀλόγως, οὐδ᾽ ἀδίκως αὐτοῖς ὀργιζόμενοι. οἷς γὰρ εὐτυχήκεσαν ἐν Λεύκτροις, οὐ μετρίως ἐκέχρηντο.* cf. Jacobsius: Demosthenes Staatsreden übersetzt. p. 47. et 48. praecipue locum, quem ex Dem. Leptiuea c. 90. affert. Justinus VIII. 1. „Factum Phocensium (sc. direptio templı Delphici) tametsi omnes exsecrarentur propter sacrilegium, plus tamen invidiae Thebanis, a quibus ad hanc necessitatem compulsi fuerant, quam illis intulit.“ Ita non mirum est, quod occasione oblata cum Atheniensibus simultates exercuerunt. Caussa certaminis erat Oropus. Sita erat haec urbs in confinio Boeotiae et Atticae ad Euripum magnique erat momenti propter commeatum, qui ex Euboea ex

Ἀβαίοις ἐκτὸς ἀσεβείας ὑπῆρχε καθεστηκέναι, καὶ οὔτε τοῦ ἱεροῦ τῆς καταλήψεως, οὔτε τοῦ πολέμου μετεσχήκεσαν) omnes Phocidis urbes belli societatem coierunt.[1]) Philomelus belli magnitudinem praevidens magnum collegit exercitum pecuniaque deficiente Delphos divitiis conspicuos dare coegit. Quo facto iter dirigit in Locrorum terram, cum qui-

---

adverso jacenti in continentem importabatur. De certaminibus superiorum temporum vide Winiewski p. 26. et seq. Tempore bellum sacrum praecedente (secundnm Diodorum XV. 76. Olymp. CIII. 3.) Oropus in potestatem venerat Thebanorum hoc modo: Pars Oropiorum ex urbe expulsa Themisonis, Eretriae tyranni, auxilium imploraverant. Eorum votis obsequens exules in patriam restituit urbemque sui juris fecit. Quo audito Athenienses bello in Peloponneso contra Arcades et Argivos occupati urbem recuperare student. Hac re quum propter novas in Peloponneso exortas seditiones prohiberentur, Thebanis a Themisone auxilio vocatis urbem reliquerunt, donec de possionis jure actum esset. Ex quo tempore Oropus Thebanorum erat. Non pari fortuna usi sunt, cum Euboeam quoque insulam in suam potestatem redigere conarentur. Coacti enim sunt Atheniensium potentiae cedere cf. Winiewski p. 30. et 31. Haec quoque res, quamquam Thebanis minime successerat, odium inter populum utrumque intercedens vel maxime auxit. Qnae quum ita sint primo adspectu mirum est, quod Athenienses et Lacedaemonii Phocenses non, ut par erat, adjuverunt. Caussa hujus rei in eo posita erat, quod uterque bellis occupatus erat externis; de Lacedaemoniis vide Paus. IV. 28. Athenienses de Amphipoli cum Philippo, Macedoniae rege, pugnabant.

1) Bulis, urbs in fine Phocidis sita, num bellum cum Phocensibus gesserit, dubitari potest. Locus Paus. X. 37. 2. qui huc spectat, corruptus est. Facius et Siebelis quamquam diverso modo ita eum emendarunt, ut belli societatem inter ntrosque fuisse nullam statuendum sit. Ad quam sententiam eo adducti sunt, quod Pausanias Bulin inter eversas Phocidis urbes non commemoraverit, ex quo eluceat urbem non a Phocensium partibus stetisse. Huic argumento opponi potest Pausaniam loco illo (cap. 3.) Phocidis tantum urbes enumerasse. Bulin vero in confinio Phocidis sitam fuisse ipse dicit l. l. Nihil huc facere credo, quod Plinius, Ptolemaeus, quos sequitur Mannertus, ad Phocidem illam pertinuisse tradunt. Adversatur quoque Strabo, qui urbem hanc ut deletam non commemorat. cf. Mannert VIII. p. 156.

bus fit pugna ad Phaedriades, quae nominantur, Petras (quas prope Delphos fuisse dicit Wesseling. ad Diod.) Vicit Philomelus, multos hostium interfecit, paucos cepit, nonnullos se de petris praecipites agere coegit. Qua clade exanimati Locri ad Thebanos legatos mittunt auxilium petituros. Hi, quorum maxime interat Amphictyonum decreta haud ad irritum cadere,[1] ad bellum se accingunt et Thebanos ceterosque Amphictyones[2] ad certamen provocant. Philomelus contra quum Thebanos videret magno cum exercitu contra sese esse profecturos, templii divitiis manus infert.[3] Quo facto magnum mercenariorum numerum collegit. Stipendio enim aucto ex omnibus Graeciae partibus mercenarii ei affluxerunt non dedecori sibi esse ducentes, a templi depeculatorum partibus stare. Magno cum exercitu Philomelus in Locridem incurrit, ubi Boeoti arma sua cum Locris conjunxerant. Pugna facta ad collem, quem Argolam vocant, victores evadunt Phocenses. Post pugnam Boeoti licet acie fugati tamen majore adhuc militum numero superiores, castra Phocensium castris opponunt. Aliquot adversarios captos trucidant ut sacrilegos sperantes fore, ut hoc ceteros a bello deterrerent. Quod quum indigne ferrent Phocenses, magna intentione incumbunt, ut hostes aliquot caperent. His parabant fortunam parem. Tum utrique castra movent et iter per loca silvis occupata et aspera faciunt, ubi quum primum utrinque

---

1) Diodorus XVI. 28. addit *διὰ τὴν πρὸς τοὺς θεοὺς εὐσέβειαν πρὸς τε τοὺς Θετταλ.* etc. Jam vidimus, ex quo fonte fluxerit haec pietas. Tantum aberat, ut propter pietatem erga deos Phocensibus bellum inferrent, ut secundum Dem. in or. de fals. leg. p. 17. templi Delphici divitiis manus inferre et ipsi cogitarent.

2) Quamquam Diodorus c. 29. omnes Amphictyones exceptis Lacedaemoniis et Atheniensibus contra Phocenses stetisse dicit, tamen praeter Thessalos, Locros et Thebanos aliorum nusquam fit mentio.

3) Alii hoc a Philomelo factum esse negant, cf. quae Schlosserus p. 217. dicit, cui assentior. Strabo quoque (IX. p. 510.) Philomelum inter templi depeculatores non commemorat.

agmen concurreret, ad Neonem acris commissa est pugna in qua Boeoti vincunt. Fuga facta et multi Phocensium propter loci importunitatem occiduntur et ipse Philomelus perit. Fortiter enim pugnans tandem in locum venit, ubi nullus erat exitus. Ita, ne in hostium manus caderet, ipse de rupe praecipitem se egit (sub finem Olymp. 106. 3.) Eandem fortunam experti sunt Phocenses captivi. In locum demortui Phocenses sufficiunt Onomarchum, ejus fratrem. Hic exercitum domum reducit. Boeoti quoque sese recipiunt putantes Phocenses hoc infortunio perterritos bello abstenturos esse. In qua re eos non plane animus fefellit. Phocensium enim multi iique optimi ad pacem proclives erant. Haec ne fieret, Onomarchus, cui bellum erat peropportunum, prohibet popularibusque suis persuadet, ut bellum continuarent. Ipse enim pariter atque ceteri multa erat damnatus, qua bello tantum se liberatum iri putavit.[1]) Consilio suo comprobato damnum a Boeotis acceptum omnimodo studet resarcire. Mercenariorum multitudinem colligit, omnia bello utilia parat. Ad haec perficienda eum templi donariis non pepercisse per se patet. Ex ferro arma conficit; ex argento et auro monetam percutit, qua et civitates sibi socias inprimis earum magistratus donat et hostium nonnullos corrumpit, ita ut bello abstinerent. In eorum numero etiam Thessalos, acerrimos Phocensium hostes, fuisse Diodorus tradit[2]). Phocensium quoque, quos sibi

---

1) *πολλαῖς γὰρ καὶ μεγάλαις δίκαις ὑπὸ τῶν Ἀμφικτυόνων ἦν καταδεδικασμένος ὁμοως τοῖς ἄλλοις καὶ τὰ ὀφλήματα οὐκ ἐκτετικὼς* etc. Ita Diodorus c. 32. Quae verba ita transfert Rhodomannus: Jam etiam s a e p i u s ad graves multas condemnatus erat. False, si quid video. Primum tenendum est pecuniam, qua Onomarchus pro virili portione multatus esset, illam esse, quae Phocensibus propter nefariam agri Cirrhaei culturam imposita erat. Verisimile est Onomarcho, quod summo loco natus esset, satis magnam partem fuisse solvendam. Hanc multam constat non bis, sed semel ab Amphictyonibus irrogatam esse. Aliter, ut Diodorus narrat, Lacedaemoniis accidit. Quae quum ita sint, verbum *πολλαῖς* ad magnitudinem pecuniae solvendae referendum esse puto.

2) Hoc mihi non verisimile esse videtur. At factum esse

inimicos cognoverat, eos interimit eorumque bona hastae subjicit. Tum Locros Epicnemidios adortus Thronium capit incolasque vendit. Quo facto Locri Amphissenses perterriti se ei subjiciunt. Denique Doriensium urbibus captis terraque vastata in Boeotiae agros incursat Orchomenumque expugnat. A Boeotis ad Chaeroneam victus domum se recipit. — Dum haec geruntur, Philippus, Macedoniae rex, in Thessalia jam antea satis magnam auctoritatem nactus ab optimatibus contra Lycophronem, Pheraeorum tyrannum, eorum libertati insidiantem auxilio vocatur. Lubenter eorum precibus obsequitur, quoniam sibi occassionem fortuna datam non solum Thessaliae imperium captandi, sed etiam Graeciae res moderandi dimittere noluit. Tot tantisque viribus quum se imparem sentiret Lycophron, ab Onomarcho, Phocensium duce, auxilia petit. Hic Phayllum fratrem cum sex millibus militum in Thessaliam mittit. Infeliciter tamen res a Phocensibus gestae sunt. Phayllus a Philippo victus e Thessalia ejicitur. Quo cognito Onomarchus ipse sperans fore, ut totius Thessaliae imperium obtineret, quam celerime Lycophroni auxilio venit. Militum numero superior Philippum duabus pugnis fugavit et in Macedoniam refugere coegit. Inde in Boeotiam tendit, Boeotos vicit, Coroneam expugnat. Hinc

---

accipiamus, non tamen multum profuit Phocensibus; nam eodem anno quies tollitur, quum Onomarchus Phayllum fratrem Lycophroni, Pheraeorum tyranno, contra Thessalos auxilio mittit. Quo a Philippo ejecto ipse Onomarchus in Thessaliam proficiscitur *νομίζων ὅλης τῆς Θετταλίας κυριεύσειν.* Nullam relinquunt dubitationem, quin haec amicitia mox sublata fuerit, haec Diodori c. 35. verba: *ὁ μὲν Φίλιππος πείσας τοὺς Θετταλοὺς κοινῇ τὸν πόλεμον ἄρασθαι συνήγαγε τοὺς πάντας.* — Schlosserus I. 3. p. 62. putat Onomarchum hac pecunia Lycophronem donasse. At hoc neque Diodorus dixit neque satis mihi probabile est. Diodorus enim tradit Onomarchum corrumpendo hoc effecisse, ut a bello cessarent. Schlosseri sententiam si sequimur, profitemur Lycophronem contra Phocenses antea bellum gessisse. Hoc autem minime constat; immo, quoniam ipse Lycophron superiore tempore contra Thessaliae urbes pugnavit, verisimile est eum contra Phocenses non dimicasse.

iterum in Thessaliam proficiscitur, ubi Philippus Lycophroni vehementer instabat. Cum Philippo omnes fere Thessaliae civitates fecerunt. Maximam autem utilitatem eum cepisse constat ex equitatu, quo Thessali prae omnibus Graeciae civitatibus valebant. Inde factum est, ut quum utrique exercitus manus inter se consererent, Onomarchus vinceretur. Fuga facta totus Onomarchi exercitus ad mare tendit, ut ab Atheniensibus, qui eo ipso tempore praeternavigabant, servaretur. Athenienses enim quum Philippum in dies potentiorem fieri viderent simul metuentes, ne Phocensibus devictis sua ipsorum salus in discrimine versaretur [1]), classem exertitumque pedestrem ducibus Charete et Diophanto comparaverant. [2]) Haec expeditio quamquam bene multisque impensis exornata ad irritum tamen cecidit. [3]) Quoniam opportunum temporis momentum praetermiserant Athenienses, factum est, ut classis tum demum adveniret, quum Onomarchi exercitus jam victus fugatusque esset. Ipse Onomarchus in fuga periit, [4]) ceteros

1) Demosth. de fals. leg. p. 37. *τίς γὰρ οὐκ οἶδεν ὑμῶν, ὅτι τῷ Φωκέων πολέμῳ καὶ τῷ κυρίους εἶναι Πυλῶν Φωκέας, ἥ τε ἀπὸ Θηβαίων ἄδεια ὑπῆρχεν ὑμῖν, καὶ τὸ μηδέποτ᾽ ἂν ἐλθεῖν εἰς Πελοπόννησον, μηδ᾽ εἰς Εὔβοιαν, μηδ᾽ Ἀττικὴν μηδὲ Φίλιππον, μηδὲ Θηβαίους;* —

2) Olymp. CVI. 4. aut CVII. 1. cf. Winiewski p. 50. et 51.

3) Demosthenes de fals. leg. p. 38. *καὶ ματαία μὲν ἡ προτέρα βοήθεια ἡ εἰς Πύλας ὑμῖν γέγονεν, ἣν μετὰ πλειόνων ἢ διακοσίων ταλάντων ἐποιήσασθ᾽ ὑμεῖς, ἐὰν λογίσησθε τὰς ἰδίας δαπάνας τῶν στρατευσαμένων.* Ex iis, quae Wolfius p. 20. et 21. de Charetis interventu profert, concludi posse videtur eum Athenienses consilio auxilium misisse Phocenses servatum ignorasse. Idem queritur p. 22. quod Diodorus non dixerit, utrum Philippus captivos demerserit, an ex rupe praecipites egerit, an sub hasta vendiderit. Quamquam res perexigui est momenti tamen non erat, cur quereretur, quoniam Diodorus ipse verbis *ἄλλους ὡς ἱεροσύλους κατεπόντισε* indicat omnes mari fuisse demersos.

4) Ratio, qua occubuerit Onomarchos, ab aliis aliter enarratur. Pausan. X. 2. tradit eum a militibus ad mare fugientem jaculis esse confixum, quod per ejus temeritatem et belli imperitiam cladem se accepisse putarent. Ab hoc plane abhorret

Philippus mari demergendos esse curavit. Inter omnes Phocensium duces maxime belli peritia et felicitate excelluisse videtur Onomarchus; nam ubique fere et ex omnibus proeliis victor evasit. Qui post ejus mortem exercitui praeerat, Phayllus longe erat inferior. Hic primum detrimentum acceptum mercenarios colligendo reparavit; quod quo facilius perpetraret, stipendium duplo auxit. Sociorum quoque auxilia petit, armorum copiam parat et monetam auream et argenteam percudit, qua Onomarchi exemplum secutus singulas civitates corrumpit. Templi divitias teste Diodoro omnium intemperantissime abligurrivit. His effecit, ut Lacedaemonii M, Athenienses 5000 peditum, 400 equites Nausicle duce mitterent. His accesserunt 2000 mercenariorum, quos Pitholaus et Lycophron Pherarum imperio amisso Phocensibus adduxerant. Phayllus quamquam his praeclaris exstructus auxiliis in Boeotia tamen ad Orchomenum victus est, iterum ad Cephissum, denique circa Coroneam. Philippus contra Onomarcho victo et tyrannide Pheris sublata ad Pylas est profectus, ut bellum in ipsam Phocidem inferret. Quod ne perficeret, quum ab Atheniensibus Pylas tenentibus prohibitus esset, in Macedoniam redux factus est (*ηὔξηκὼς ἑαυτοῦ τὴν βασιλείαν ταῖς τε πράξεσι καὶ τῇ πρὸς τὸ θεῖον εὐσεβείᾳ* Diodor. 38.)[1]. Meliore belli fortuna quam in Boeotia, Phayllus

---

Diodorus, qui eum, quum ad Atheniensium naves naret, interiisse narrat non addens, utrum hostium telis, an alia ratione, cf. Wesseling. not. ad. Diod. locum.

1) Scilicet eadem pietate, qua temporibus medii aevi excelluit Clodovigus, Francorum rex, quamque laudavit Gregorius, Episcopus Turonensis, de qua re verba Flathii (Geschichte des Mittelalters) p. 23. proferam: „Clodwig aber, der Franke, vernichtet durch Tücke und Treulosigkeit die andern Frankenreiche noch, welche in Gallien bestehen. Cloderich, den Sohn des Königs Sigibert von Köln, bewegt er seinen Vater zu ermorden, und dann ermordet er ihn selbst als einen Vatermörder, die Mannen des Rachnachar von Cambray besticht er, daß sie ihm denselben ausliefern, und auch dieser findet den Tod. Und nicht minder findet ihn Chararich, der König von Soissons und viele andere Glieder des Geschlechts der Merovin-

usus est in Locrorum Epicnemidiorum terra. Capit enim singulas urbes, inprimis Arycam noctu per proditionem expugnat, e qua tamen mox multo detrimento expellitur. Idem cladem accipit a Boeotis ad Abas. Qua victoria elati hi Phocidem invadunt multaque terrae parte devastata permagnam colligunt praedam. Quantum ex Diodoro constat, haec expeditio Boeotorum in Phocidem facta est prima; superiore enim tempore nunquam Phocidis fines sunt transgressi; ex quo intelligitur Phayllum quamquam magnis exstructum copiis tamen hostibus imparem fuisse. Aryca capta et excisa lenta tabe correptus postremum obiit diem.

---

ger. So hat Clodwig, meint der Bischoff Gregor v. Tours, geschehen, wie Gott alle seine Feinde vor ihm niederwarf, weil er recht vor ihm wandelte." Diodorus satis sibi in hac re constat; nam sicut Philippum propter deorum pietatem laudat, ita Phocensium duces vel maxime vituperat. Ita de Phayllo (c. 38.) *περιπεσὼν νόσῳ φθινάδι καὶ πολὺν χρόνον ἀρρωστήσας ἐπιπόνως καὶ τῆς ἀσεβείας οἰκείως κατέστρεψε τὸν βίον.* Sub finem descriptionis belli sacri per plura capita sacrilegorum fata factaque persequitur, ut demonstraret omnes, qui templi Delphici spoliandi socii fuerint, misere periisse. Quod hic aliisque locis de Philippo dicit, indicat eum plane ignorasse, ex quo fonte omnia Philippi facta fluxerint. Quaeri potest, utrum Diodorus haec enthymemata ex ipsis fontibus, ex quibus historiam composuit, hauserit, an ex sua judicandi ratione addiderit. In qua re dijudicanda summopere sane est lugendum, quod eorum rerum scriptorum, quos eum adiisse verisimile est, nihil nisi nomina cognovimus. Nihil ex Demophili, Diylli, Callisthenis, quos c. 14. commemorat, operibus ad nostram pervenit aetatem, nisi paucissima verba, quae memoriae mandavit Athenaeus. Ex Ephoro quoque Diodorum hausisse non veri est absimile. Hunc Isocratis fuisse discipulum constat. Memoriae autem proditum est Isocratem Philippo favisse. Quae quum ita sint, fortasse non incredibile est Ephorum ipsum a tali praeceptore institutum Philippo plus justo favisse multaque ejus facta lenius judicasse. Demosthenes in or. de fals. leg. 13. Hieronymi cujusdam Arcadis mentionem facit eumque a Philippo corruptum esse dicit. Ad quem locum Ulpianus adnotat Hieronymum ex schola Isocratis fuisse. Referri quoque huc potest, quod Schlosserus I. 2. p. 276 de indole Jsocratis dicit quippe quae omni historiae fidei repugnaverit. Quo effecit, ut, discipuli, quos habuit multos, historiae fidem et veritatem ornamentis postponerent rhetoricis.

Reliquit Phocensibus ducem Phalaecum Onomarchi filium [1]) qui ex pueris nondum excesserat. Quare ei adjunxerat curatorem et ducem Mnaseam, unum ex suis amicis, qui tamen brevi a Boeotis in pugna est interfectus. Hoc infortunium sequebatur aliud; Phalaecus in pugna equestri victus multos suorum perdidit. — Dum haec in Phocide geruntur, bellum exarserat inter Lacedaemonios et Megalopolitas. In quo quum Peloponnesi multae civitates, tum Thebani Megalopolitis auxilia mittunt. A Lacedaemoniorum partibus steterunt Phocenses. De hoc bello cf. Diodor. 39. Dem. or. de Megalopol. Singulas res gestas silentio praetermitto, quippe quae non pertineant ad bellum sacrum. Factis inter Lacedaemonios et Megapolitas induciis Thebani in Boeotiam redeunt. Chaeroneam a Phalaeco captam in potestatem redigunt, ipsam Phocidem invadunt, diripiunt, oppidula nonnulla expugnant magnaque praedae copia coacervata in Boeotiam recedunt. Haec quamquam feliciter gesta non tamen reparare potuerunt Thebanorum vires belli diuturnitate fractas. Praeter cetera pecunia ad bellum necessaria carebant. Cui rei ut mederentur, ad Persarum regem legatos miserunt pecuniam petituros. Hic lubenter iis morem gerit talentaque donat trecenta. Inter Phocenses et Boeotos leves interea pugnae. Haec facta esse Olymp. CVII. 2. Diodorus tradit. De rebus, quae sequente Olympiade gestae sunt, plane tacet Diodorus; ex quo colligi licet nihil memoria dignum accidisse. De quo silentio non est cur queramur, nam ea quoque, quae modo

1) Secundum Diodorum c. 38; Phaylli filium secundum Pausan. X. 2. quod Wesselingius ita conciliavit, ut de adoptione cogitaret. Ceterum hic sicut aliis locis Diodori notanda est negligentia. Onomarchum enim dicit bellum sacrum excitasse. Vix autem operae pretium videtur in his rebus, quae maxime sibi sunt contrariae, frustra collocare diligentiam; minime enim sibi par et constans est scriptor noster; alio enim loco (c. 56.) Philomelum templi donariis abstinuisse contendit, alio (c. 30.) negat. Etiamsi statuas hos omnes errores ex fontibus ipsis, quos adierit, fluxisse, tamen a negligentia eum et levitate defendere nunquam possis.

enarravimus, tantum abest, ut gravia sint, ut eorum enarratio aeque ac lectio saepius taedium nobis excitaverit. Nihil fere, nisi incursiones, urbium expugnationes, leves pugnae, crudelitates.

Bellum sacrum maxime eo memorabile fit, quod Philippo, Macedoniae regi, Graecorum dissidias nimiamque infirmitatem cognoscendi atque ex iis fructus quam maximos capiendi occasionem offerebat. Priusquam autem ad tempus convertamur, quo Philippus belli fit socius, brevibus exponamus, qualis rerum status fuerit, quum ab eo Thebani auxilium petiverunt. Qui aliorum implorant auxilium, ii viribus sint inferiores necesse est; haec per se tam plana videntur, ut ne verbo quidem opus sit. Sed ipse Diodorus disertis verbis confirmat nostram opinionem, cum Phocenses non mediocres (ἱκανάς) in Boeotia tenuisse urbes, (c. 59.) Orchomenum, Coroneam et Corsias dicit, ex quibus in agros Thebanorum incursarent eosque devastarent [1]). Haec secunda belli fortuna utrum Phalaeci tribuenda sit peritiae, an Thebanorum nimiae infirmitati, nescimus. Ille Olymp. CVIII. 2. imperio excidit, quoniam multorum templi donariorum furtum fecerat. In ejus locum tres imperatores suffecti sunt: Dinocrates, Callias et Sophanes, quorum auctoritate inquisitio fit [2]) rei sacrae, rationem postulanti-

1) Tilphossaeum, quam urbem ante pacem in eorum ditione fuisse commemorat Demosth. de fals. leg. p. 28. utrum jam tum temporis Phocensium fuerit, an postea factum sit, ex hoc loco cognosci nequit. Idem statuendum est de victoria, quam Phocenses ad Hedylaeum de Thebanis reportasse dicit.

2) Schlosserus I. 3. 71 et 72. putat hanc rei sacrae inquisitionem Atheniensium et Lacedaemoniorum rogatu institutam esse, ut Phocensibus crimine sacrilegii liberatis majorem opem ferendi justam haberent caussam. At crimine spoliati templi etiam inquisitione facta nec liberati sunt nec liberari potuerunt Phocenses. Nam maximam pecuniae sacrae partem vel in mercenariis conducendis consumserant vel in hominibus corrumpendis dissipaverant, quod totius populi, non singulorum factum est auctoritate. Haec vero inquisitio, si Diodoro fides habenda est, ad singulos tantum spectabat, qui ea, quae ex templo furati erant, non magis in usus reipublicae, quam in suos ipsorum

bus Phocensibus ab iis, quibus ea res erat demandata. Divitiarum autem custodia pecuniarumque ratio Philoni cuidam commissa erat. Hic quum rationem reddere nequiret, damnatus tortorique subjectus furti socios aperit. Pecuniarum raptarum quod apud reos facinorisque convictos deprehenderant, servarunt furesque ut sacrilegos interfecerunt. Hujus rei commemoratio Diodoro ansam praebet donaria enumerandi, quae Phocensium duces furtati erant, Ex computatione instituta intelligitur summam pecuniae a Phocensibus absumtae 10000 talentorum argenti aestimationem excessisse [1]). Hujus sceleris Athenienses et Lace-

converterant. Ceterum non est credibile Athenienses hanc inquisitionem postulasse, quod, ne in reprehensionem impietatis inciderent, Phocensibus nisi hoc crimine purgatis auxiliari nollent. Constat enim eos tempore superiore hanc reprehensionem neglexisse. Quamquam concedendum est eorum auxilia admodum fuisse exigua.

3) Dicit Diodorus c. 56. Philomelum pecunia abstinuisse, Onomarchum maximam partem absumsisse, Phayllum denique non pauca. Hic enim lateres CXX aureos a Croeso, Lydorum rege, dedicatos binum talentorum pondere ad monetae usum percussit; item CCCLX phialas aureas, quarum singulae duas habebant minas, aureique leonis et feminae signa, quae omnia XXX auri talenta pendebant, ita ut omne illud aurum juxta argenti aestimatum rationem IV millia talentorum efficeret. Wesseling. in adnot. ad hunc locum primum dubitat, utrum voluerit Diodorus phialas illas CCCLX una cum leone et femina aequasse auri talenta XXX, an leonem et mulierem id habuisse pondus. Ipse rem in medio relinquit neque vero est meo judicio magni momenti. Sed quae sequuntur verba apud illum, quippe quae sint graviora, non silentio praetermittenda sunt; dicit enim: ,,Auri potestas ad argentum decupla erat — — Qua itaque ratione CCLXX auri talenta, aut si seorsum in summam addideris phialarum CCCLX pondus, CCLXXXII aequabunt argenti talentorum millia quatuor? Equidem nihil video, nisi si alia auri ad argentum proportione Diodorus sit usus, non enim eadem semper, etsi Pollux generalius loquatur, fuisse censenda est. Herodotus certe l. VII. 95. *Χρυσίον τρις καιδεκαστάσιον* sive ter decies argento rependendum dixit. Atque hoc malim.“ At neque ita quidem omnia inter se consentiunt; hae enim ratione adhibita 3666 tantum argenti talenta absumta fuisse patet. Aliam igitur

daemonii non solum testes, sed etiam socii fuerunt. Ex exemplo, quod est apud Diodorum c. 57.[1]) cognoscitur mores eo tempore fuisse depravatos, pietatem erga deos, justitiam, aequitatem fuisse plane sublatas. Sed jam ad enarrationem rerum gestarum redeamus. Supra diximus Or-

viam nos ingredi oportet. Dicit Diodorus omnia illa donaria, quorum mentionem facit, a Phayllo in monetae usum conflata esse. Constat autem Onomarchum quoque monetam percussisse. Quid igitur, si illi summae ea adnumeramus, quae Onomarchus in hanc rem impendit? deducimur in hanc sententiam ipsis Diodori verbis *ὥστε τὸ πᾶν κατακοπὲν χρυσίον* etc. Alia praeterea via patet, quam si ingrediamur, fortasse a vero non aberrabimus. Athenaeus libr. XIII. tradit Theopompum libro de iis, quae sacrilegio in templo Delphico compilata fuerunt, scribere: Phayllum, Phocensium tyrannum, mulierosum fuisse, Onomarchum vero in puerorum amorem proclivem huncque puero profecto Delphos, cum quo rem habuerat, e templi muneribus strigiles pusillas quatuor aureas a Sybaritis dicatas, Phayllum vero Bromiae tibicinae argenteum carchesium et aureum cissybium, Peparethiorum donarium, Onomarchum rursus Lycolae coronam lauream ab Ephesiis consecratam dedisse. Idem Onomarchus Damippum perpulchrum donario Plisthenis muneratus est, ut Pharsaliam Thessalicam saltatricem Philomelus laurea corona ex auro, quam dicaverant Lampsaceni. Quibus adde ea, quae lib. VI. tradit: Ephorus sive ejus filius Demophilus in libro trigesimo historiarum, ubi de templo Delphico loquitur, ait Onomarchum Phayllum et Phalaecum non solum, quae in templo fuerant, omnia depeculatos exportasse, sed ad postremum illorum uxores Eriphiles monile abstulisse, quod Alcmaeon dei jussu Delphis sacraverat et Helenae torquem a Menelao dicatam. Jam vides ex his Phocensium duces praeter argentea donaria etiam aurea praedatos esse. Oportet igitur aestimationem horum donariorum adjungi illis a Diodoro commemoratis. Diodorus enim, quoniam totam summam pecuniae a Phocensibus absumtae memorat, eo loco, quo de aureis donariis loquitur, non solum ea comprehendisse videtur, quae in monetarum usum conflata sunt, sed omnino omnia direpta. Quid ergo fiet cum verbo *κατακοπέν*? Fortasse scribendum erit exigua mutatione *κατατριβέν*.

1) Pertinent huc haec Diodori: *Λακεδαιμόνιοι δὲ τῷ περὶ Δελφοὺς μαντείῳ χρησάμενοι καὶ τὴν θαυμαζομένην παρὰ πᾶσι πολιτείαν διὰ τούτου κτησάμενοι καὶ περὶ τῶν μεγίστων ἔτι καὶ νῦν τὸν θεὸν ἐπερωτῶντες ἐτόλμησαν τοῖς τὸ ἱερὸν συλήσασι κοινωνῆσαι τῆς παρανομίας.*

chomenum, Coroneam, Tilphossaeum, Corsias in Phocensium fuisse potestate. In summis angustiis Thebanorum res tunc temporis versabantur; ex quibus quum se expedire nequirent, legatos ad Philippum regem mittunt auxilium precaturos.

Hucusque Diodorum secuti sumus, quoniam uberiora aliorum scriptorum testimonia deerant. Cum summas tantum rerum, quae proximo tempore fiebant, Diodorus attigerit, jam oratores, ubi de his rebus uberius dictum est, adeamus. Inprimis haud abs re futurum esse puto, si de legationibus ob pacem ad Philippum missis paullo copiosius quaeramus; pertinet enim haec res aeque ad Athenienses atque ad Phocenses, eorum socios, in eaque caussam eorum perniciei positam esse cognoscemus.

Caput III.

De pace consilia. Pacis conditiones.

Eodem fere tempore 1), quo Thebani ad Philippum, Phocenses ad Athenienses miserunt legatos, qui ab iis auxilium peterent. Tres urbes munitas, Alponum, Thronium et Nicaeam iis tradere pollicentur. Obsequuntur Athenienses eorum precibus atque jubent Proxenum ducem, qui Orei, Euboeae oppido, classem in ancoris habebat, urbibus acceptis opem ferre. Alia praeter haec parant, quinquaginta triremes complent eosque, qui intra 30 aetatis annum essent, arma capere jubent. Frustra tamen haec omnia facta sunt. Quum enim Proxenus urbibus esset potiturus, ejus auxilium Phocenses recusant et legatos, qui illa consilia inierant, in vincula conjiciunt. His factis Phocenses Lacedaemonem legatos mittunt auxilia petituros. Mittunt La-

1) Circiter Olym. CVIII. 1. cf. Winiewski p. 72. cf. Aeschines de fals. leg. p. 133.

cedaemonii mille milites duce Archedamo rege[1]). Qui ubi Phocidem venerant, pariter atque Athenienses sunt repudiati. Responsum est iis Phocenses *τὰ τῆς Σπάρτης δεινὰ δεδιέναι, καὶ μὴ παρ' αὐτοῖς* (Aesch. de fals. leg. 133.). Iam patet inde Phocenses vehementer inter se dissensisse, quippe qui nunc Atheniensium auxilium implorarent nunc recusarent. Haec dissensio profecta est a duabus acriter sibi repugnantibus factionibus. Princeps alterius Phalaecus erat, qui quamquam imperio exutus magnam tamen apud populum auctoritatem obtinebat. Verisimile est mercenarios ei praesto fuisse, quibus tamen ita usus est, ut non patriae, sed suae saluti consuleret. Quo tempore haec fiunt, Athenienses primum cum Philippo de pace agunt. Maxime inclinabant ad pacem propterea, quod bellum contra Philippum infeliciter gerebant. Res Atheniensium in quo discrime tunc temporis versatae sint, optime indicabunt Aeschinis de fals. leg. p. 111. verba[2]). Nihil igitur jucundius iis ac-

---

1) Kilian Wolf, p. 33. 34. dicit, nescio quo auctore, Lacedaemonios non Phocensium servandorum, sed propriae utilitatis caussa auxilio venisse: Archidamos fand in der unseligen Bedrängniß der Phoker eine treffliche Gelegenheit, die Ansprüche seines Staates auf den Schutz und die Oberaufsicht des delphischen Heiligthums geltend zu machen. Und dieses war der Punkt, warum er auch mit Philipp in Unterhandlungen trat. Die Athener, gleich eigennützig, waren um so geneigter, dieses Ansuchen zu unterstützen, da die Lacedämonier ihnen die Städte Nikaia, Alpenos und Thronium, welche die Thermopylen beherrschten, abzutreten versprachen." Haec contra veritatem; Lacedaemonii enim has urbes nunquam in potestatem redegerant.

2) *Βούλομαι ὑμᾶς καὶ τοὺς καιροὺς ὑπομνῆσαι, ἐν οἷς ἐβουλεύεσθε. τὴν μὲν γὰρ ἀρχὴν ἐποιησάμεθα τοῦ πολέμου ὑπὲρ Ἀμφιπόλεως. συνέβαινε δ' ἡμῶν τὸν στρατηγὸν ἐν τῷ πολέμῳ ἑβδομήκοντα μὲν καὶ πέντε πόλεις συμμαχίδας ἀποβεβληκέναι, ἃς ἐκτήσατο Τιμόθεος ὁ Κονωνος, καὶ κατέστησεν εἰς τὸ συνέδριον — — ἑκατὸν δὲ καὶ πεντήκοντα τριήρεις λαβόντα ἐκ τῶν νεωρίων μὴ κατακεκομικέναι. καὶ ταῦτα ὑμῖν ἐν τοῖς ἀγῶσιν ἀεὶ τοῖς Χάρητος οἱ κατήγοροι δεικνύουσι· χίλια δὲ καὶ πεντακόσια τάλαντα οὐκ εἰς στρατιώτας, ἀλλ' εἰς ἡγεμόνων ἀλαζονείας ἀνηλωκέναι, Δηϊάρην τε καὶ Δηΐπυρον καὶ Πολυφόντην, δραπέτας ἀνθρώπους, ἐκ τῆς Ἑλλάδος συνειλεγμένους, καὶ χωρὶς εἰς τοὺς περὶ τὸ βῆμα καὶ τὴν ἐκκλησίαν*

cidere potuit, quam quod Philippus se ad pacem proclivem ostenderet. Hic longe aliis caussis quam Athenienses eo tempore pacem componere cupivit. Thebanos ab eo auxilium contra Phocenses petivisse jam commemoravimus. Quibus initio parvam mittit manum. Sibi autem non satis fecisse arbitrabatur, nisi ipse in Graeciam cum exercitu profectus bello Phocensi ea, qua vellet, ratione finito in posterum rerum Graecarum foret arbiter. Hoc quominus perficeretur, prohibuerunt Athenienses, qui classem ad Oreum habebant, ut Thermopylarum aditum observarent. Hac igitur statione erant removendi. Vi eos repellere quum difficile esset, pacis amorem simulavit. Tali ratione Thraciam quoque Cersobleptemque, Atheniensium socios, in suam venturos esse potestatem speravit. Regis consilia Atheniensibus primi aperuerunt Euboeensium legati, quum de pace a sese cum illis facienda agerent. Confirmavit regis benevolentiam et pacis amorem Phryno Rhamnusius, qui a Philippi militibus tempore Olympicarum induciarum spoliatus cum Ctesiphonte legato ad Philippum profectus erat, ut, si fieri posset, pecuniam recuperaret. Hoc a populo vel maxime comprobato Philocrates decretum facit, quo universi populi assensione dictum est licere Philippo Athenas caduceatores mittere et legatos de pace deliberanda. Hoc quum singulis postea improbaretur, Lycinus quidam Philocratem postulabat psephismatis legibus contrarii. Qui quum caussam ob valetudinis infirmitatem dicere nequiret, patronum sibi elegit Demosthe-

---

μισθοφόρους. οἳ τοὺς μὲν ταλαιπώρους νησιώτας καθ' ἕκαστον ἐνιαυτὸν ἑξήκοντα τάλαντα εἰςέπραττον σύνταξιν, κατῆγον δὲ τὰ πλοῖα καὶ τοὺς Ἕλληνας ἐκ τῆς κοινῆς θαλάττης. ἀντὶ δὲ ἀξιώματος καὶ τῆς τῶν Ἑλλήνων ἡγεμονίας ἡ πόλις ἡμῶν Μυοννήσου καὶ τῆς τῶν λῃστῶν δόξης ἀνεπίπλατο. Φίλιππος δὲ ὁρμηθεὶς ἐκ Μακεδονίας οὐκ ἔθ' ὑπὲρ Ἀμφιπόλεως πρὸς ἡμᾶς ἠγωνίζετο, ἀλλ' ἤδη περὶ Λήμνου καὶ Ἴμβρου καὶ Σκύρου, τῶν ἡμετέρων κτημάτων. ἐξέλιπον δὲ Χερρόνησον ἡμῶν οἱ πολῖται, τὴν οὖσαν ὁμολογουμένως Ἀθηναίων, πλείους δὲ ἐκκλησίας συγκλήτους ἠναγκάζεσθε ἐκκλησιάζειν μετὰ φόβου καὶ θορύβου ἢ τὰς τεταγμένας ἐκ τῶν νόμων.

nem, Aeschine teste de fals. leg. p. 93. Absolvitur Philocrates. Tum Olyntho capta in Philippi potestatem Athenienses quoque nonnulli veniunt. Hi ut redimerentur, eorum cognati populum orant, ut legatos ad Philippum mitteret. Quo comprobato Aristodemus histrio legati vicibus fungitur. Hic pariter atque ceteri Philippum ad pacem proclivem esse et Atheniensium populo ita favere nuntiat, ut vel societatem cum eo inire vellet. Hoc nuntio Athenienses sic laetabantur, ut Aeschine testante Aristodemo Demosthene suasore coronam decernerent. Quo facto Philocrates iterum decretum facit X legatos esse creandos, qui cum Philippo de pace deliberarent. Eliguntur X legati, inter quos primas partes agunt Demosthenes, Aeschines, Philocrates (Olymp. CVIII. a. 2. cf. Winiewski p. 73.) Proficiscuntur in Macedoniam eo potissimum consilio, ut Amphipolin Atheniensibus servarent, Cersobleptem, Thraciae regem, et Phocenses pacis consortes redderent et Philippum commoverent, ut Euboea abstineret. Sed spes longe fefellit Athenienses; nam perpauca tantum eorum, quae cuperent, a rege callido impetrarunt [1]). Ex Aeschin. or. de fals. leg. p. 96. et seqq. colligi potest nihil certi de pace a Philippo actum esse [2]). Ac magna in hac re usus est calliditate. Hoc enim tantum egit, ut Athenienses promissis suis decepti a belloque gerendo revocati

---

1) Dem de fals. leg. p. 63. 64. legatos proditionis accusat; eos enim jam tum pro Philippo egisse iterque quam maxime accelerasse, ut pacem Philippo valde acceptam quam celerrime facerent. Ne caduceatorem quidem eos exspectavisse, quem ad impetrandam fidem publicam misissent. Ab Oreo eos Halum a Macedonibus obsessam profectos esse et denique Larissae caduceatori occurrisse. Consilio num legati iter properaverint, valde potest dubitari; constat enim ipseque Demosthenes fatetur Aeschinem a Philippi partibus tum demum stetisse, quum ex Macedonia reversus esset.

2) Longa oratio, quam coram Philippo se habuisse dicit, ad solam Amphipolin Atheniensibus servandam spectat. De ceteris rebus, inprimis de Phocensium salute vel se vel alium legatum verba fecisse non commemorat.

Cersobleptem (ejus filium jam habuit obsidem, Aesch. de fals. leg. p. 116.), contra quem erat profecturus, sibi traderent. Quod quo facilius perficeret, legatos domum redire coëgit pollicitus se pacis faciendae caussa Athenas tres imperatores missurum esse. Quo magis Athenienses irretiret, per epistolas legatis datas iis patefacit se quacunque ratione populo gratificaturum esse deque beneficiis, quibus eos vellet afficere, apertius scripturum fuisse, si compertum habuisset etiam Athenienses ad societatem ineundam esse propensos. Redeunt legati, ipse Philippus in Thraciam proficiscitur. Dum hic Cersoblepti omni auxilio destituto vel maxime instat, Athenienses deliberant, quid sit faciendum. Concione facta Demosthenes legatos laudat eosque officio optime functos et in crastinum in πρυτανεῖον ad coenam invitandos esse dicit (hoc Aeschines p. 106. testimoniis confirmat). Porro populo suadet, ut non de pace tantum, sed etiam de societate cum Philippo facienda deliberetur (Aeschin. p. 106.). In senatu dixit spectandi locum Bacchanalibus esse assignandum Philippi legatis, ubi venerint (quod p. 106. singulari confirmat Aesch. testimonio [1]). In eadem concione, qua haec aguntur, decretum tulit Demosthenes, cujus mentio fit apud Aeschinem de fals. leg. p. 108. quo jubet curiones (πρυτάνεις) post urbana Bacchanalia duas indicere conciones, alteram d. XVIII. alteram d XIX. Elaphebolionis. Adjicit his haec Aeschines: ὁρίζων τὸν χρόνον καὶ προϋφαιρῶν τὰς ἐκκλησίας πρὶν ἐπιδημῆσαι τοὺς ἀπὸ τῶν Ἑλλήνων πρέσβεις [2]). Haec ver-

1) Demosth. in or. de corona p. 24. 8. se pacis autorem fuisse negat, nescimus tamen an verbis ejus ibi allatis diffidamus; quodsi revera a pace abhorruisset, rem non obiter tetigisset, sed uberius Aeschinis criminationes repulisset.

2) De his legatis quid sit statuendum, vide apud Win. p. 74. et seq. qui tamen non satis perspicue rem exposuit. Athenienses nempe haud dubie priusquam cum Philippo de pace agerent, legatos ad omnes Graeciae civitates miserant, ut eas contra Philippum, tanquam Graeciae libertatis insidiatorem lacesserent. De tempore, quo legati Athenis abierint, ambigitur, quum oratores sibi multis locis repugnent.

ba spectant ad decretum aliud sociorum, cujus meminit c. 1. Aeschines, in quo haec sunt: cum deliberet populus de pace cum Philippo facienda, legati autem nondum adsint, quos miserit populus in Graeciam, qui urbes ad tuendam Graecorum libertatem exhortentur, visum esse sociis, ubi redierint legati et acta sua renunciarint Atheniensibus, eorum sociis, ut curiones duas conciones secundum leges indicant atque in iis de pace deliberent Athenienses, quidquid autem populus decreverit, id fore commune sociorum decretum. Hoc decretum Winiewski p. 75. credit ea concione recitatum esse, qua Demosthenes de comitiis d. XVIII. et XIX. Elaphebolionis habendis tulerit. Summo jure. Veri enim est simile sociorum decretum primum esse recitatum, deinde Demosthenem eo improbato effecisse, ut conciones certis haberentur diebus. Intellexit enim periculum Atheniensibus fore, si cunctarentur, donec redirent legati. Concio, in qua haec aguntur, habita est d. VIII. Elaphebolionis (Aeschines contra Ctesiph. p. 180) Paucis diebus interjectis Athenas Philippi legati adveniunt[1]). Hi, cum de pace ageretur, Phocenses a Philippo in societatem recipi negarunt. Quod quum Athenienses graviter ferrent, Philocratem coegerunt, ut in decreto, quo pax confirmata est, verba πλὴν Ἁλέων[2]) καὶ Φωκέων exstingueret eorumque loco scriberet Ἀθηναίους καὶ τοὺς Ἀθηναίων συμμάχους. Legatos prima concione haec Philippi de Phocensibus consilia pronunciasse probabile est. Primam hanc concionem d. XVIII. Elaphebolionis habitam jam dictum est. In qua primum recitatum esse di-

1) Vehementer errat Wolf p. 36 dicens: derselbe Senatsbeschluß, den die Abgeordneten von Philippos den sich damals zu Athen aufhaltenden phokischen Gesandten mittheilten, enthielt zugleich, daß sich die Phoker dem Spruche der Ampikthyonen, bei denen sie Philippos zu vertreten versprochen hatte, unter Verlust der Freundschaft der Republik unterwerfen sollten." Quo enim tempore Philippi legati Athenis versarentur, Phocensium legatos quoque adfuisse nusquam legimus. Haec in tempus incidunt posterius.

2) De Halo vid. Winiewski p. 78, cum Pharsaliis inimicitias habuit; id circo a Parmenione obsessa, a Philippo exstincta est.

cit Aeschines (or. contr. Ctesiph. 181.) *δόγμα τῶν συμμάχων,* cujus capita ipse refert: scilicet de pace sola Atheniensibus esse deliberandum, deinde, licere cuivis Graecorum intra tres menses in eandem pilam cum Atheniensibus ascribi ac participi esse juris jurandi et foederis. Hoc sociorum decretum diversissimum est ab eo, quod supra commemoravimus, ita ut nemo hoc idem atque illud esse opinari possit (Winiewski p. 75.). Diversitas in qua re posita sit, breviter exponamus. Sociorum consilia in priore illo decreto prolata postquam per Demosthenem ad irritum ceciderant, sociis nihil reliquum erat, quam ut, quoniam cum Graecis de pace deliberandi copia esset praerepta, efficerent, ut Graeci saltem pace, si iis placuerit, non excluderentur. Hoc ut per tempus liceret, trimestre exposcunt spacium. Ex quo satis patet haec decreta etiam tempore, quo facta et recitata sint, diversa esse. Neque igitur sermo esse potest de legatis exspectandis (cf. Winiewski l. c.); socios enim consilium legatos exspectandi jam abjecisse decreti argumentum docet. Hoc decretum se defendisse Aeschines tradit de fals. leg. 109. Eodem die de pace deliberatur eaque confirmatur. Postero die Demosthenes suggestu conscenso de societate cum Philippo facienda deliberari jubet [1]). Pervincit ejus sententia et Philocrates decretum scribit, quo pax foedusque confirma-

---

1) Aeschines contr. Ctesiph. p. 181. 182. *παρῆμεν τῇ ὑστερείᾳ εἰς τὴν ἐκκλησίαν. ἐνταῦθα δὴ προκαταλαμβάνων Δημοσθένης τὸ βῆμα, οὐδενὶ τῶν ἄλλων παραλιπὼν λόγον* etc. Ad quae Hieronymus Wolfius haec: Hoc Demosthenes Aeschini objecit; Aeschines negavit posteriore conventu conciones ullas esse habitas. Ita aut alteruter mentitus fretus oblivione et socordia Atheniensium.“ Locus, quem respicit vir doctus, est in Aesch. or. de fals. leg. 110. Uter mentitus sit, difficile est dijudicatu. Hoc tamen patet Aeschinem sibi repugnare. Quod enim or. de fals. leg. negaverat, scilicet ullas esse habitas deliberationes concione posteriore, hoc nostro loco confirmavit dicens Demosthenem suggestu conscenso de societate verba fecisse. Fieri enim non potuit, quin antea deliberaretur, priusquam decerneretur.

tur.[1]) Pacis conditiones erant, ut Philippus Amphipolin obtineret, Chersonesum Atheniensibus cederet. Eadem concione etiam legatos ad jusjurandum a Philippo exigendum creatos esse concludi potest ex Aesch. de fals. leg. p. 116. (ἤδη δὲ ἡμῶν κεχειροτονημένων ἐπὶ τοὺς ὅρκους, οὔπω δὲ ἀπηρκότων etc.). Iis diebus, quibus haec aguntur, nulla sociorum fit mentio. Aberat enim Cersobleptis legatus. De eorum rebus deliberatur concionibus d. XXIII. et XXIV. ejusdem mensis habitis. Quarum priore[2]) quum Cersobleptis legatus, Critobulus Lampsacenus, nondum adesset, posteriore, ubi advenerat, quamquam Demosthene invito (si Aeschini fides habenda est) pacem nanciscitur. Pace tali pacto facta restabat, ut a Philippo jusjurandum exigeretur. Quem ad finem decem[3]) creati erant legati,

1) In posteros pax tempore demum posteriore extensa est cf. Dem. de fals. leg. p. 28.

2) Cf. Winiewski p. 100. Repugnantia tradit Aeschines in or. de fals. leg. et contr. Ctesiph. Hac enim dicit concionem d. XXIV. habitam et Cersobleptem, quod legatus abfuerit, exclusum esse; illa, concione d. XXIII. habita Cersobleptem quamvis repugnante Demosthene pacis factum esse participem. Quod bene conciliat Winiewski ita, ut duas habitas esse conciones statuat, quarum posteriore Cersobleptes pacis factus sit socius. Quod autem dicit Demosthenem in prima vere ἐπιστάτην fuisse, alteri inter proedros praesedisse, non intelligo. Quaeritur, quos dixerit Winiewski proedros. Constat (cf. Herrmann Handbuch der griechischen Staatsalterthümer p. 271. et seq.) duplex proedrorum fuisse genus, quorum alteri a praeside (ἐπιστάτης) φυλῆς πρυτανευούσης ex tribubus a prytania exclusis (secundum Corsinum: proedroi non contribules) crearentur, alteri ex ipsa prytania praesidente. Illis Demosthenem praesedisse credere nequimus, quoniam tribum Pandionidem, cui Demosthenes erat accensus, eo tempore, quo haberentur conciones, praesedisse ipse Demosthenes fatetur. Alterum si ponamus, inter proedros praesidere nihil aliud est quam ἐπιστάτην esse.

3) Decem fuisse legatos ex multis locis patet, quos videas apud Winiewski p. 87. et 88. Eorum auctoritas non infringitur psephismate illo in Dem. or. de corona p. 238. inserto, de quo Win. p. 85. et 98, et 231. ubi sententiam in antecedentibus prolatam reprobat: Dissen in edit. Demosth. or. de corona p. 198. 200.

in quorum numero Aeschines et Demosthenes. Qui cum Athenis cunctarentur, Demosthenes in mora periculum esse intelligens, decretum facit, quo legatos quam celerrime eo abire jubet, ubi Philippum esse cognoverint. Athenis proficiscuntur d. III. Munychionis. Sed Demosthenis decreto non morem gerunt; nam neque mari, sed pedestri itinere et multis ambagibus proficiscuntur, neque Philippum in Thracia cum Cersoblepte pugnantem adeunt. Immo Pellae commorantur, donec redierit Philippus. Ac ne tum quidem properant, sed a Philippo moram rebus inferri patiuntur, cf. auctor arg. ad Dem. or. de fals. leg.[1]). Eodem tempore legatos quoque Lacedaemoniorum ad se vocavit Philippus eo consilio, (Dem. de fals. leg. p. 35.) ne eos sibi Phocenses Atheniensibus intercessoribus conciliarent. Aderant quoque Thebanorum, Thessalorum (Aesch. de fals. leg. p. 123.), ipsorum Phocensium legati (argum. ad Dem. or. de fals. leg. Justinus VIII. 4: Phocensium legati adhibitis Lacedaemoniis et Atheniensibus bellum deprecabantur; Dem. Phil. III. p. 113.)[2]), omnes ut suae consulerent saluti. Hoc vero minime congruebat cum Philippi consiliis, quippe qui haec tantum peteret, quae sibi utilitatem afferre viderentur. Ita et Lacedaemonios decepit et Athenienses et Phocenses. Atheniensium legatos callide re-

---

1) Schlosserus I. 3. p. 70. praeter veritatem narrat legatos Atheniensium tum demum advenisse, quum Philippus jam in itinere esset, et cum eo in Thessalia convenisse, cf. Dem. de fals. leg. p. 61.

2) Quomodo cum legatis his egerit, dicit Justinus paucis sed aptis verbis: Secreto auditis utrisque legationibus his belli veniam pollicetur jurejurando adactis responsum nemini prodituros; illis contra venturum se auxiliumque laturum. Utrosque vetat bellum parare aut metuere. Sic variato responso securis omnibus Thermopylarum angustias occupat.“ Quod Justinus eodem tradit capite Phocenses jam ter emisse a Philippo belli dilationem, non satis probabile est. Superiore enim tempore Phocenses armis superiores erant nec hoc refugio egebant; omnino Philippus aurum non tanti habuit, ut non, quod in animo esset, perficeret, si fieri posset.

tinuit, donec omnia ad bellum necessaria praeparavisset; quo facto Pheris, Thessaliae urbe, eis jusjurandum dedit, Phocenses et Halenses foedere exclusit eorumque loco Cardianos in societatem recepit. Dum legati Athenas revertuntur, Philippus ad Thermopylas tendit (d. XIII. Scirophorionis). His rebus auditis (d. XVI. Scir. in concione) Athenienses primum solliciti esse, deinde per Aeschinem deliniti Philippi vanis pollicitationibus fidem habere. Frustra Demosthenes Aeschinis perfidiam et nequitiam incusare, Atheniensium levitatem et socordiam increpare. Capti sunt Aeschinis promissis. Hic enim dixerat Philippum sibi in aures insusurrasse non Phocenses, sed Thebanos perituros, Plataeas et Thespias restitutum iri, Oropum Atheniensibus redditum iri (quamquam hoc tectis verbis). In litteris Philippi Atheniensibus datis nulla quidem harum rerum mentio. Scribit in his se legatos prohibuisse in urbes ituros et jusjurandum exacturos et, ut adjumento sibi essent in reconciliandis Atheniensibus et Pharsaliis, eos detinuisse. Dem. de fals. leg. p. 12. His Athenienses non solum impediti sunt, quominus Phocensibus auxilium ferrent, sed etiam consilia inierunt, quibus eorum perniciem properant. Probant enim Philocratis decretum, quo praeter alia hoc quoque scriptum erat: *ἐὰν μὴ ποιῶσι Φωκεῖς, ἃ δεῖ καί παραδιδῶσι τοῖς Ἀμφικτύοσι τὸ ἱερὸν, ὅτι βοηθήσει ὁ δῆμος Ἀθηναίων ἐπὶ τοὺς διακωλύοντας αὐτά γίγνεσθαι* Dem. de fals. leg. p. 26. Hoc decretum probant, quoniam credunt Philippi expeditionem non Phocensibus, sed Thebanis exitio fore. Certiores fiunt de hoc decreto Phocenses, seu rectius eorum dux Phalaecus, penes quem rursus summum imperium erat, per legatos (*δρομοκήρυκες*) qui eo tempore Athenis erant, ut, quid a sociis sperari posset, cognoscerent. Qui postquam intellexere nihil jam posse sperari, redeunt. Quo facto Phalaecus Philippo cum Thebanis, Thessali, Locris, Termopylas tenenti res Phocensium tradit[1].

1) Demosthenes in or. de fals. leg. 27. 28. quae de Phocensibus dixit, omnia finxit; docet enim rerum status verba ejus

Priusquam haec fiunt, Philippus Athenienses binis litteris invitaverat, ut cum copiis exirent et bellum secum finirent. Quem ad finem hoc fecerit, praeclare dicit Demosthenes [1]). Domi manent. Legatos tamen creant pleros-

---

veritate carere. Sunt haec: *ἦσαν ἀπιστοῦντές τινες* (sc. Phocenses) *αὐτόθι τῷ Φιλίππῳ καὶ νοῦν ἔχοντες. οὗτοι πιστεύειν ὑπήχθησαν. διὰ τί; ὅτι ἡγοῦντο, οὐδ' εἰ δεκάκις Φίλιππος αὐτοὺς ἐξηπάτα, οὐδέποτ' ἂν τούς γε Ἀθηναίων πρέσβεις Ἀθηναίους ἐξαπατᾶν τολμῆσαι. ἀλλ' εἶναι ταῦτ' ἀληθῆ, ἃ οὗτος ἀπήγγειλε πρὸς ὑμᾶς, καὶ τοῖς Θηβαίοις ἥκειν, οὐχ αὑτοῖς ὄλεθρον,* et quae sequuntur. Patet, quem finem habeant haec verba. Athenienses nempe ut contra Aeschinem exacerbaret, Phocensium animos Atheniensibus quam maxime deditos demonstrat. Multo enim erat scelestius homines perdere, qui Atheniensibus fidem haberent, quam qui diffiderent. In Aeschine autem hujus perniciei omnem esse culpam quoniam jam exposuerat, fieri non potuit, quin omnes contra Aeschinem sentirent. Inprimis decretum illud Philocratis improbat, utpote quo sit factum, ut Phocenses non solum non pro sociis, sed etiam pro inimicis habuerint Athenienses et periculum avertendi consilium metu abjecerint. Denique hoc quod etiam posteros pace teneri voluit, factum est, ut Phocenses exanimes se Philippo traderent. Ita enim non fieri posse credebant, ut pax in praesenti rumperetur. Haec una ratio, ex qua illa verba adulterina esse mihi videntur. Altera est, quod verisimilitudini repugnant. Tempore enim superiore Athenienses non ita adjuverant Phocenses, ut hi tam magnam spem in Atheniensibus collocare possent. Denique res non acta erat inter Phocenses et Athenienses, sed inter Phalaecum et Athenienses, ita ut de Phocensibus sermo esse nequeat. Quo spectant haec Winiewskii verba p. 106. not.: Demosthenes cum Philippo pactos Phocenses dicit, Phalaecum consulto praeteriens. Hic enim ex pacto in Peloponnesum cum exercitu discessit. Non potuit igitur cum Philippo propterea pacisci, quod vanis Aeschinis promissis imprudenter confisus esset; id quod 'contendit Demosthenes, ut eo maxime adversarii demonstret perfidiam.

1) *Καίτοι καὶ ἐπιστολὰς ἔπεμψε ὁ Φίλιππος δύο καλούσας ὑμᾶς, οὐχ' ἵν' ἐξέλθητε. πώμαλα. οὐ γὰρ ἄν ποτε τοὺς χρόνους ἀνελὼν, ἐν οἷς ἠδυνήθητ' ἂν ἐξελθεῖν, τηνικαῦτα ἐκάλει — οὐδὲ τοιαυτὶ λέγειν τούτῳ* (Aeschini) *προσέταττεν ἐξ ὧν ὑμεῖς ἥκιστα ἐμέλλετε ἐξιέναι, ἀλλ' ἵν' ἃ ἐβούλεσθε, οἰόμενοι πράξειν αὐτὸν, μηδὲν ἐναντίον ψηφίσαισθε αὐτῷ.* Aeschines contra in or. de fals. leg. p. 134. Philippum hoc idcirco fecisse dicit, quod Thebanos suspicione im-

que eosdem, qui secundam obierant legationem, eo consilio ut viderent, num Philippus promissis staret, et Phocenses templum Delphicum Amphictyonibus restituere juberent. Demosthenes legationem ejuravit omnemque ejus communionem, seu boni quid perpetrarint legati, seu mali, avertit. Hoc quum videret Aeschines metuens ne se absente a Demosthene Athenienses permoverentur, ut Phocensibus opem ferrent, morbum simulat. Ejus loco frater creatur. [1]) Proficiscuntur legati, iter tamen non conficiunt; in Euboea enim pactum esse Phalaecum cum Philippo (XXIII. Scirophor.) audiunt. Hujus rei nuntium Atheniensibus in Piraeo concionem eo ipso tempore habentibus (XXVII. Scir.) perfert Dercyllus legatus. Magnus inde tumultus;

---

pletos omnes copias contra se eduxisse videret. Sed hoc mera est Aeschinis fictio, ut Philppum Thebanis suspectum, Atheniensium igitur studiosum fuisse demonstret. Tradit etiam Athenienses a Demosthene esse prohibitos, quominus Philippi votis obsequerentur, utpote qui timuerit, ne Philippus copias, quas educerent Athenienses, obsides teneret. Demosthenis illa expositio fide dignior est, quia aptior est et Philippi calliditati et Atheniensium socordiae et credulitati. Ipse Demosthenes quam vehementer Athenienses propter hanc socordiam vituperaverit, cognoscitur ex ipsis verbis, quibus post secundam legationem Aeschinis perfidiam traducit. cf. orat. de fals. leg. 49. 50: Si decretum tantum fecissetis, conservati essetis; non enim licuisset Philippo, nisi vos decepti essetis, manere diutius; neque enim frumentum erat in agris propter bellum incultis, neque etiam invehi potuisset vestris triremibus ibi praesentibus et mare tenentibus.

1) Dissentiunt Demosthenes et Aeschines, quorum hic (de fals. leg. 120.) legatos ad Amphictyones missos esse dicit, ille (de fals. leg. 49) ad Philippum, ubi simul, cujus rei caussa legati iverint, his verbis indicat: *ἐπὶ ταῖς καλαῖς καὶ μεγάλαις ταύταις ἐλπίσι, αἷς οὗτος* (Aeschines) *ὑπισχνεῖτο.* Winiewski p. 108. et 199. putat Aeschinem verius et accuratius dixisse. In hac re consentio cum viro docto, quamquam parvum, ne dicam nullum, inter utriusque testimonia esse discrimen putaverim. Demosthenes enim non semel Philippum loco omnium Amphictyonum esse dixit (de fals. leg. p. 31); summo quidem jure; nam et Thebani et Thessali et Locri ad ejus nutum praesto erant.

omnes omnia timere; jam videri Philippum videre Atticae fines transeuntem, bellum meditari. Quare Diophantes et Callisthenes decretum faciunt, quo jubent liberos et uxores ex agris in urbem transferri, Herculis sacra intra moenia fieri (Dem. de fals leg. 38), castella instaurari, Piraeum muniri (Dem. de fals. leg. 50). Quod quum audiret Philippus, litteris Athenienses admonet, ut a bello abstinerent (or. de corona 255.) His commoti pacem servant. Utrum populi auctoritate, an sponte tum Aeschines legatus cum ceteris ex Euboea reversis ad Philippum iverit, non satis constat.[1]) Proficiscitur, quum Athenienses impedimenta ex agris conveherent, et in Phocidem venit, quum Phalaecus jam esset dimissus (Aesch. 135.). Phocensium sors Phalaeco cum exercitu dimisso erat miserrima. Ad hostes eorum acerrimos arbitrium jam erat delatum; in ipso Philippo spes poni nequivit tum propter Thebanorum et Thessalorum amicitiam tum quod Phocensibus exstinctis potentia ipsius augebatur. Athenienses, eorum socii, ipsi decepti, sibi timentes, sine exercitu. Ita factum est, ut et urbes et earum incolae exitio lugubri traderentur. Occupasse Philippum statim post Phalaeci pactum Phocidis urbes vix est, quod dubitemus, et recte Winiewski p. 113. et 114. Weiskium opinantem hoc demum concilio Amphictyonico convocato factum esse improbat. Illud enim admodum consentaneum est cum Philippi agendi ratione, utpote qui intelligeret se urbibus occupatis ipsi concilio posse imperare nec ab illius arbitrio pendere

1) Posterius contendit Demosthenes de fals. leg. 52.: *ᾤχετο παρὰ τὸν νόμον, ὃς θάνατον κελεύει τούτων τὴν ζημίαν εἶναι*, apud quem videas, quas labeculas ei ob id adsperserit. Aeschines contra de fals. leg. 120. *ἐπεὶ οἱ συμπρέσβεις πυθόμενοι τὰ περὶ τοὺς Φωκέας συμβάντα ἀνέστρεψαν, γενομένης ἐκκλησίας, ἤδη παρὼν καὶ δυνάμενος τῷ σώματι, προσαναγκάζοντος τοῦ δήμου μηδὲν ἧττον πρεσβεύειν ἡμᾶς τοὺς ἐξ ἀρχῆς αἱρεθέντας ἅπαντας ἀψευδεῖν πρὸς Ἀθηναίους ὤμην δεῖν.* Cui idcirco majorem habeo fidem, quia eonstat eum non solum sed cum ceteris legatis legationem obiisse; p. 135. ej. or. nominat Stephanum, Dercyllum etc. huius [illegible] cipes.

cf. apud Winiewski Dem. et Aesch. locos. Idem putat Philippum quoque statim urbes nonnullas evertisse: „Occupanti restiterunt aliquod urbes. Non enim totius populi consensu, sed solus Phalaecus propriaeque salutis gratia urbes pacto tradiderat. Resistentes igitur Philippus vi cepit delevitque, aliis praesidia imposuit, quae continerent terram, donec convocatis ab Amphictyonibus de summa rerum et sacrilegii poena judicaretur."

Concilio Amphictyonico convocato (Olymp. CVIII. 3. Metagitnione aut Boedromione cf. Win. p. 112.) exitiosum fit illud decretum, cujus reliquias servavit Diodorus XVI. 60. Placuit Amphictyonibus, ut Philippus cum posteris in concilium Amphictyonicum reciperetur geminique suffragii jus haberet [1]), quod antea Phocensibus fuerit. Vetant

---

1) Hujus rei ab Atheniensibus impetrandae caussa postea Philippi et Thessalorum legati Athenas venerunt. Demosthenes crimini dat Aeschini, quod legatis tale quid postulantibus non contradixerit, immo assensus sit, de fals. leg. p. 45. 46. *ἧκον ὡς ὑμᾶς ἔναγχος Θετταλοὶ καὶ Φιλίππου πρέσβεις μετ' αὐτῶν ἀξιοῦντες ὑμᾶς, Φίλιππον ἀμφικτίονα εἶναι ψηφίσασθαι. τῷ προςῆκεν οὖν ἀντειπεῖν τούτοις; μάλιςα πάντων ἀνθρώπων Αἰσχίνῃ τούτῳ. διὰ τί; ὅτι οἷς οὗτος ἀπήγγειλε πρὸς ὑμᾶς, τούτοις τὰ ἐναντία ἐποίησεν ἐκεῖνος — — — οὐ τοίνυν ἀντεῖπεν — — ἀλλὰ καὶ συνεῖπε μόνος τῶν ἐν τῇ πόλει πάντων ἀνθρώπων.* Constat tamen Demosthenem ipsum Atheniensibus suasisse, ut Philippo Pylaeam concederent, eamque ob caussam orationem de pace habuisse. De qua repugnantia jam apud veteres sententiae diversissimae fuerunt. Ita Libanius orationem a Demosthene scriptam, sed non habitam esse ex illo loco colligit. Ex recentioribus Jacobsius in libro: Demosthenes Staatsreden übersetzt und mit erläuternden Anmerkungen versehen v. Fr. Jacobs. Lpz. 1805. p. 310 et 311. in praefatione ad or. de pace ita de hoc loco dicit: das Hauptverbrechen des Aeschines bestand darin den Gesandten des Königs nicht widersprochen zu haben; worin wohl? In der Behauptung, daß er ein Amphiktyone sei? Schwerlich; denn diese Behauptung stand mit der Treulosigkeit und Wortbrüchigkeit des Königs in keinem Zusammenhange. Philippos konnte die Athener getäuscht haben und nichts desto weniger im Besitz des Rathes der Amphiktyonen sein. Mir scheint es demnach, daß der Redner mit den Worten „Gesandten, die von euch ein Decret ver=

Phocenses templi Delphici participes esse, et equos armaque possidere, donec pecuniam raptam Deo restituerint.

---

langten, daß Philippos ein Amphiktyone sei" nur überhaupt die Gesandschaft habe bezeichnen wollen, ohne gerade an dieser Stelle auf diesen Gegenstand einen besondern Nachdruck legen oder Alles auf ihn beziehen zu wollen. Indem die Gesandten das besagte Decret verlangten, werden sie nicht unterlassen haben, die guten Gesinnungen des Königs gegen Athen zu rühmen nnd sich der täuschenden Mittel zu bedienen, die bisher so gute Wirkungen hervorgebracht hatten. Aber jetzt war die Täuschung durch allzulaute Thatsachen gestört, der Schleier zu gewaltsam zerrissen worden, das Volk war erbittert. Es erwartete, daß man dem Könige seine Wortbrüchigkeit vorrücken würde, es erwartete dieses vorzüglich vom Aeschines, der die täuschenden Versprechungen hinterbracht hatte, und dem man, wenn er aufrichtig und unbestochen zu Werke gegangen war, zutrauen konnte, daß er vor Allen in Unwillen entbrennen und den lügenhaften Worten der Gesandten widersprechen würde. Er thut dies nicht, ja er stimmt ihnen bei. Worin denn? Wenn die angegebene Hypothese nicht unrichtig ist, offenbar in dem, was sie über die Gesinnungen des Königs, was sie über sein Wohlwollen gegen die Republik vorgebracht hatten."

Displicet mihi haec ratio difficultates, quibus hic locus premitur removendi. Cur enim accipiamus verba *Φιλίππου πρέσβεις ἀξιοῦντας ὑμᾶς, Φίλιππον ἀμφικτύονα εἶναι ψηφίσασθαι*, quibus diserte, quid ab Atheniensibus impetrare voluerint legati, indicat ad legationem significandum pertinere? Cur legatos verba fecisse fingamus, quae fecisse illos nec dicit Demosthenes, nec verisimile est? Num orare et verbis fallere oportebat eum, penes quem tum summum esset imperium? His ambagibus non opus. Constat ex oratione de pace Demosthenem civibus suis persuasisse, ut Philippum Amphictyonem esse vellent. Idem persuasisse Aeschinem Atheniensibus, quum Philippi legati cum Thessalis ejus rei caussa Athenas venerint, Demosthenes narrat. Hoc quod fecerit, vehementissime eum vituperat. Nonne igitur ejusdem rei, cujus Aeschinem insimulaverat, et ipse reus est habendus, cum negari nequeat idem ac Aeschinem ipsum populo suasisse? Minime. Paucis igitur rem explicabimus. Constat Phocenses juris Amphictyonici fuisse participes; quibus subactis et hoc jure privatis Thessalos et Thebanos Philippo Amphictyoniam decrevisse. Item certum est Philippum adjutore Aeschine Phocenses subegisse. Multi certe hoc opinati sunt Demosthenesque eum aperte hujus criminis insimulaverat. Quodsi profecto hac culpa liber erat, ut praedicaverat, eum quacunque ratione Philippo refragari, Phocensibus auxiliari oportuit. Quae

Fugitivos ceterosque templi direptionis socios sacros esse et a quovis corripi et abduci posse (*ἀγωγίμους*) jubent [1]). Iis, qui patriam relinquere nolebant, atrocior contigisset sors, nisi eos Aeschines servasset [2]). Trium Phocidis urbium moenia destrui, cunctas urbes solo aequari [3]) — Abis

melior haec faciendi occasio offerri potuit, quam quo tempore legati Thessalorum Athenas venerunt, ut pro Philippo agerent? Philippus enim in eo erat, ut Phocensium, quorum proditor fuisse Aeschines credebatur, jura sibi vindicaret. Ita sane legatorum postulatio cum Philippi perfidia cohaerebat. Non enim Philippus factus esset Amphictyon, nisi Atheniensibus imposuisset. Quodsi igitur Aeschines legatorum rogationem adjuvit, dignus erat, qui vehementer reprehenderetur et proditionis insimularetur. Demosthenes contra si ejusdem rei suasor exstitit, potius necessitati cessit, quam Philippo favit. Ita locus omni difficultate liber est. Nescio sane, quomodo Jacobsius Aeschinem tam insanum fingere potuerit, ut hic eo quidem tempore affirmare ausus sit Philippum Atheniensibus amicum esse, quo praeclarissima perfidiae documenta Atheniensibus dederat.

Ceterum Pausanias X. 8. Lacedaemonios quoque propter belli communionem Pylaea privatos esse tradit.

1) Multi Phocensium Athenas refugerant, ubi humanissime excepti sunt, Dem. de fals. leg.

2) Aeschines de fals. leg. p. 136. *ἥκουσι ἀπὸ τῶν ἐν Φωκεῦσι πόλεων πρέσβεις, οὓς ἐγὼ τὴν τρίτην πρεςβείαν ἐπὶ τοὺς Ἀμφικτύονας πρεςβεύων ἔσωσα, Οἰταίων ἐγχειρούντων λέγειν, ὡς δεῖ τοὺς ἡβῶντας ὠθεῖν κατὰ τοῦ κρημνοῦ καὶ παρήγαγον εἰς τοὺς Ἀμφικτύονας, ὥςε ἀπολογίας τυχεῖν.* Winiewski ad hunc locum p. 111. 112. adnotat, Aeschinem concilio communi illi Amphictyonico interfuisse.

3) Hic locus largam praebuit viris doctis disputandi materiem. cf. Wesseling. adnot. qui putat trium praecipuarum et opportunarum (*τῶν ἐπικαιροτάτων* quod Pletho de suo admensus est vocabulum) muros esse pessumdatos, ut reliquorum moenia tanquam perpetuum poenae Phocensium monumentum durarent. Sed hoc Philippi calliditati parum aptum videtur. Fieri enim potuit, ut Phocenses dirojugo se subducere conantes his munitionibus contra hostes uterentur. Neque ullo loco servatorum murorum fit mentio. Incertus quoque haeret Wachsmuthius I. 2. additam. 9. p. 449. et 450. Wozu, inquit, wenn die übrigen alle zerstört wurden, was schon Demosthenes bezeugt (trügl. Ges. 361.

tantum parcitur — ipsas in vicos transferri, quorum unusquisque non plus L domibus habeat quique a se invicem non minus stadii intervallo distent[1]). Phocenses agrum suum teneant, sed quotannis LX talentorum tributum deo conferant, donec pecuniam absumtam repensarint. Pythiorum ludos Philippus cum Boeotis et Thessalis faciat (quoniam Corinthii sacrilegii participes fuerint[2]). Am-

---

20.) der besondere Beschluß, der drei Städte Mauern niederzureißen? Und wozu der Artikel? Was für drei Städte können als bekanntere κατ' ἐξοχήν die drei Städte heißen? Sollte etwa an drei Vororte des phokischen Bundes, etwa Elateia, Hyampolis und Panopeus zu denken sein, so daß die vorläufige Niederreißung der Mauern von diesen etwas Bedeutendes haben sollte?" Hanc controversiam quomodo dirimam, nescio. Putaverim Diodorum voce τῶν τριῶν πόλεων τὰ τείχη intellexisse illarum urbium muros, quas Philippus (vide epistolam in Dem. or. de corona p. 255.) ceperit, nisi dixisset haec moenia ex decreto Amphictyonum diruta esse. Fortasse Diodorus hoc permiscuit et urbium moenia diruta esse ex decreto Ampictyonum dixit, quae jam tempore superiore idcirco deleta fuerant, quia Philippo restiterant. Tum fortasae cogitari possit de tribus urbibus insignibus, quas Philippo maxime restitisse verisimile est. Ceterum Wesseling. et Wachsmuth. Demosthenis in hac re utuntur testimonio nullo jure, ut existimo. Non enim Demosthenes hujus rei verus et fidus est testis, quippe qui in or. de fals. leg. misericordiam Phocensium excitare et iram in Aeschinem, hominem illis infestissimum, commovere studeat. Quae quum ita sint, illi loco, quem affert Wesselingius nulla fides est habenda et verba ὅλων τῶν τειχῶν καὶ πόλεων ἀναίρεσιν pariter abesse possunt a veritate, ac verba τρεῖς μῆνας (de fals. leg. 29.) et τέτταρας μῆνας ὅλους (p. 36.).

1) Hoc fortasse idcirco imperaverunt, ut, quod terrae Phocensis reliquum esset Thebanis obtingeret. Quo spectant haec Dem. de fals. leg. 56. ἔτι πρὸς τούτοις (γέγονεν Θηβαίοις) Ὀρχομενὸς, Κορώνεια, Κορσιαὶ, τὸ Τιλφωσσαῖον, τῆς τῶν Φωκέων χώρας ὅσην ἠβούλοντο. Quamquam huic Justinus (VIII. 5.) repugnat: „Unum tantum miseris Phocensibus solatium, quod quum Philippus portione praedae socios fraudasset, nihil rerum suarum apud inimicos viderent."

2) Diodorus XVI. 60. διὰ τὸ Κορινθίους μετεσχηκέναι τοῖς φωκεῦσι τῆς εἰς τὸ θεῖον παρανομίας. Hic quoque locus,

phictyones cum Philippo arma Phocensium confringant et reliquias comburant. Alia praeterea ad templi Delphici instaurationem spectantia praeceperunt. Cum his ex Diodoro allatis conjungere placet ea, quae Justinus VIII. c. 5. de misera Phocensium sorte tradit: „Caeduntur passim rapiunturque, non liberi parentibus, non conjuges maritis, non deorum simulacra templis suis relinquntur. Reversus Philippus in regnum ut pecora pastores nunc in hibernos nunc in aestivos saltus trajiciunt, sic ille populos et urbes, ut illi vel replenda vel derelinquenda quaeque loca videbantur, ad libidinem suam transfert.“ Pariter Demosthenes queritur non solum Phocenses, sed etiam Athenienses pace in summas angustias adductos esse, de fals. leg. p. 119. *Ἀντὶ τοῦ Θεσπιὰς οἰκιζομένας ἰδεῖν, Ὀρχομενὸν καὶ Κορώνειαν ἠκούσατε ἠνδραποδισμένας. ἀντὶ τοῦ τὰς Θήβας ταπεινὰς γενέσθαι καὶ περιαιρεθῆναι τὴν ὕβριν καὶ τὸ φρόνημα αὐτῶν τὰ τῶν συμμάχων τῶν ὑμετέρων Φωκέων τείχη κατεσκάπτετο, Θηβαῖοι δ' ἦσαν οἱ κατασκάπτοντες, οἱ διοικισθέντες ὑπ' Αἰσχίνου τῷ λόγῳ ἀντὶ δὲ τοῦ τὴν Εὔβοιαν ἀντ' Ἀμφιπόλεως ὑμῖν παραδοθῆναι, ὁρμητήρια ἐφ' ἡμᾶς ἐν Εὐβοίᾳ Φίλιππος προσκατασκευάζεται καί Γεραιστῷ*[1]) *καὶ Μεγάροις ἐπιβουλεύων διατελεῖ. ἀντί δὲ τοῦ τὸν Ὀρωπὸν ὑμῖν ἀποδοθῆναι περὶ Δρύμου καὶ τῆς πρὸς Πανάκτῳ χώρας μεθ' ὅπλων ἐξερ-*

---

et multi alii decreto mutilatus est. cf. Wessel. not. Quid enim sibi volunt Corinthii? Neque enim inter Phocensium socios a Diodoro nominantur, neque Pythiorum ludorum fuerunt modulatores. Immo hoc munus Amphictyonibus obtigit (cf. Wessel.). Fortasse pro *Κορινθίους* legendum est *Ἀθηναίους*, qui sacrilegii Delphici Diodoro teste (XVI. 57.) fuerunt participes et Phocensium socii, quibusque fortasse, quia per longum tempus Graeciae principatum tenebant, praecipui aliquid in ludorum dispositione obtigerat. Quamquam mirum est, quod hujus rei apud oratores nulla fit mentio.

1) Geraestus. Plinius promontorium Euboeae ad Atticam vergens esse scribit, Hom. III. 177. Schol. portum Euboeae esse (cf. Mannert VIII. 265.). Panactum Atticae castellum esse tradit Stephanus, cui fortasse *Δρύμος*, cujus non meminit, in vicinia fuit. Wolf. Conjunge Suidam: *Δρύμος πόλις ἐςι μεταξὺ Βοιωτίας καὶ τῆς Ἀττικῆς.* Taylor. —

χόμεθα δ' τέως ἦσαν Φωκεῖς σῷοι, οὐδεπώποτ' ἐποιήσαμεν. ἀντὶ δὲ τοῦ τὰ πάτρια ἐν τῷ ἱερῷ κατασταθῆναι καὶ τὰ χρήματα εἰςπραχθῆναι τῷ θεῷ, οἱ μὲν ὄντες Ἀμφικτύονες φεύγουσι καὶ ἐξελήλανται καὶ ἀνάστατος αὐτῶν ἡ χώρα γέγονεν, οἱ δ' οὐδεπώποτε ἐν τῷ πρόσθεν χρόνῳ γενόμενοι Μακεδόνες καὶ βάρβαροι νῦν Ἀμφικτύονες εἶναι βιάζονται. ἐὰν δέ τις περὶ τῶν ἱερῶν χρημάτων μνησθῇ, κατακρημνίζεται, ἡ πόλις δὲ τὴν προμαντείαν ἀφῄρηται καὶ γέγονε τὰ πράγματα πάντα ὥσπερ αἴνιγμα τῇ πόλει. —

THESES.

1. Demosth. or. de cor. p. 236 cum Bekkero et Schaefero lectionem *ἀπίωσιν* praefero contra Dindorf. et Dissen.
2. Cum Dissenio (ed. or. Dem. de cor. p. 198.) contenderim authentiam psephismatis Dem. orationi de cor. p. 235 inserti. cf. Winiewski: Comment. histor. et chronol. in Dem. or. de cor. p. 231. seq.
3. Errat Pausanias X. 3. dicens bellum sacrum Olymp. CVIII. 1. finitum esse, cf. Siebelis.
4. Thucyd. I. sub finem cap. 8. verba *ἐν τούτῳ τῷ τρόπῳ μᾶλλον ἤδη ὄντες* refero ad praecedentia *οἵ τε ἥσσους ὑπέμενον τὴν τῶν κρεισσόνων δουλείαν.*
5. Hor. Satir. II. 3. 274. pro balba verba lego: blanda verba.
6. Merito Perciles Athenienscs corrupisse arguitur.
7. Ab accurata fontium indagatione omnis historiae salus exspectanda. —

VITA.

Natus sum Adolphus Tschepke a. d. VI. Cal. Maias anni 1818. Bojanoviae, oppidulo Magni Ducatus Posnaniensis, patre Carolo aeditui munere fungente, matre Beata e gente Putzeniana praematura morte ante hos quinque menses mihi erepta. Sex annos natus scholam urbis patriae adii, quae tunc Gerlacho duce erat nunc Trincksio rectore floret. Hic vir puero dubitanti, quodnam amplecteretur studium, persuasit, ut litteris operam navaret, et viribus admodum invalidum quocunque modo adjuvit. Itaque primis litterarum elementis imbutus post novem annos Gymnasii Lesnensis disciplinae sum traditus, quod tunc Stoephasio Directore florebat, nunc Schoelero floret. Quorum virorum ille liberalitate sua magnopere de me meritus doctrina et consilio multum mihi profuit, hic litterarum Graecarum amorem quam maxime incendit. Praeter hos fuerunt mihi in schola hac praeceptores: Cassius, Matern, Olawski, de Putjaticki, Poplinski. Gratissimum autem mihi accidit, ut fratris optimi, dilectissimi Caroli, qui in hac schola historiam docet, consuetudine quotidiana per biennium frui liceret. Inde ab hoc tempore quomodo me quacunque ratione sustentarit, vix verbis dicere possum. Anno 1837. stipendium nactus liberalitate Collegii scholastici Posnaniensis Vratislaviam me coutuli et Bernsteinio Rectore civibus academicis adscriptus philologiae nomen dedi. Ibi interfui scholis Schneideri Ambroschii, Ritschelii,

Wachleri, Stenzelii, Kutzenii, Branissii, Thilonis, Elvenichii, Hoffmanni, Schoenii, Bellmanni, aliornm. Praeterea mihi contigit, ut Seminarii Philologici, quod Schneidero et Ambroschio ducibus floret, exercitationibus per aliquod tempus interessem. Utilitate, quam inde percepi, ne diutius fruerer, gravis vetuit morbus, cujus vestigia nondum prorsus evanuerunt. Hi duo viri, quos semper grato colam animo, sicut animum doctrina imbuere, ita me saepissime re et consilio adjuverunt. Omnibus vero, quorum institutione sum usus, gratias ago quam maximas et si quid boni mihi insit, me hoc illis debere libenter profiteor.